

Carl Pleijel

The D. H. Hill Library



North Carolina State College

SPECIAL COLLECTIONS

QK91

S6

v.1

142310

**This book must not be
taken from the Librarian
building.**

18 Sep 59 E

18 Sep 59 E

4712

~~2-19-72~~

~~59?~~

19 Jan 74

~~_____~~

Il. Va
6 13 84

2 ml

217 100

CAROLI LINNÆI

S:Æ R:IGIÆ M:ITIS SVECIÆ ARCHIATRI; MEDIC. & BOTAN.
PROFESS. UPSAL: EQUITIS AUR. DE STELLA POLARI,
nec non ACAD. IMPER. MONSPEL. BEROL. TOLOS.
UPSAL. STOCKH. SOC. & PARIS. CORESP.

SPECIES
PLANTARUM.

EXHIBENTES

PLANTAS RITE COGNITAS.

AD

GENERA RELATAS.

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS,
NOMINIBUS TRIVIALIBUS,
SYNONYMIS SELECTIS,
LOCIS NATALIBUS,

SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE

DIGESTAS.

TOMUS I.

Cum Privilegio S. R. M:tis Sveciæ & S. R. M:tis Polonica ac Elektoris Saxon.

HOLMIÆ,
IMPENSIS LAURENTII SALVII.
1753.

Ignoto Genere proprio
nulla descriptio, *quis accurata tradita,*
certam demonstrat,
sed plerumque fallit.
CÆSALP. *presai.*

STORMAGTIGSTE ALLERNÄDIGSTE
KONUNG OCH DROTTNING
ADOLPH FRIDERIC,
LOVISA ULRICA,
SVERIGES GÖTHES OCH VENDES
KONUNG OCH DROTTNING!



DRA MAJESTETER är jag
allerunderdånigst skyldig detta verk,
frukten af min måsta och bästa les-
nad, det jag nu under *EDRA*
MAJESTETERS milda regering fått med
nögd och roligt sinne fullborda.

EDRE MAJESTETER hafva, i-
från första lyckeliga ankomsten til riket, städse
ansett mig med blida strålar, kallat mig som of-
kast til Sit Hof, och betygat emot mig all Kon-
gelig nåd.

EDRE MAJESTETER hafva ock
gifvit den *Vetenskapen*, som jag idkat ljus och anse-
ende i Sit Rike, då *EDRE MAJESTE-
TER* ej allenast allernådigt låtit Skaparens
underverk för sig beskrifvas, utan ock hopkallat
allehanda jordenes inbyggare af alla tre Natu-
rens riken, samt befalt dem inlogeras uti sina
pråktiga lust-slott *Ulriksdahl* och *Drottningholm*,
der desse, liksom deputerade från hela vida verl-
den, så dageligt företråde för *MAJESTE-
TENS* ögon.

Tror mig altså ej säga för mycket, då jag
rent ut bekänner, at ifrån den visa Konung *Sal-
omons* tid och Drottningens af rika *Arabien*, in-
ga *Potentater* gjordt på den *Alsmågtiga* Skapa-
rens underverk större aktning.

Try bör och skal denna *Vetenskapen* täfla med
alla andra minnesmärken, at göra *EDRA
MAJESTETERS* namn odödeliga, då den
in-

*inpräglar dem i Naturens egen bok, som ärligen
d nyo uplägges, at blifva med Jordklotet lika
beständig.*

*Himmelen göre EDRA MAJESTE-
TERS dagar och regering lång och lyckelig,
så vift jag lefver och dör*

EDRA KONG. MAJESTETERS

allerunderdänigste och tropliktigste
tjänare och underfåte
CARL LINNÆUS.

LECTORI ÆQUO.

Homo sui conscius observat MUNDUM esse omnipotentis theatrum, undique adornatum summis Omniscentiæ sapientiæ miraculis, se vero in hunc, tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulæ inservit, nec magnalia possessoris intueri atque æstimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera hæc Creatoris scrutari nobis necesse est, quæ ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nulla ratione quæamus; & quo magis hæc intelligimus, eo etiam plura in usum generis humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta *Idea* & distincto *Nomine* complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, & commercium omne, deficiente communi lingua, cessabit.

SCIENTIA NATURÆ inde inter Homines nata est, quæ comprehendit sub *Physica* & *Chemia* Elementa, sub *Zoologia*, *Botanica*, *Lithologia* tria Naturæ regna.

REM HERBARIAM heic libare lubet, quæ quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia delectorum evasit omnium amplissima.

INVENTORUM recentioris ævi indefessis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus præcorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi *Clusus*, *Columna*, *Baubini*, *Hermannus*, *Rheede*, *Sherardus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Tournefortius*, *Plumierus*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Gmelinus*. &c.

NOTI-

LECTORI.

NOTITIA plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, *memoriæ* tabulæ infixis, quam vacillantem *I-cones* sublevabant.

SYSTEMATICORUM sapientia indagavit ordinem qui memoriæ succurreret, & scientiam solidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus Viris *Gesnero, Cæsalpino, Bauhino, Morisono, Hermanno, Tournefortio, Vaillantio, Dillenio*, aliisque.

ARIADNEUM hoc filum Systematicorum terminabatur *Generibus*, quod tentavi ad *Species* usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etjam in hisce sua sibi constaret certitudo, quum *omnis vera cognitio cognitione specierum innitatur*; hac enim dificiente vacillat & historia, ut in plerisque *Peregrinatorum* diariis.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes *Lapponicas*: totam *Sueciam*: partem *Norvegiæ, Daniæ, Germaniæ, Belgii, Angliæ, Galliæ*: perquisivi deinde HORTOS Botanicos: *Parisinum, Oxoniensem, Cbelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelædamensem, Upsaliensem* aliosque: evolvi etjam HERBARIA *Burseri, Hermanni, Cliffortii, Burmanni, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sberardi, Bobarti, Milleri, Suriani, Tournefortii, Vaillantii, Jussieui, Beckii* &c. Meo suafu DISCIPULI quondam dilectissimi: *P. Kalmius* Canadam, *F. Hasselquist* Aegyptum, *P. Osbeck* Chinam, *P. Læsting* Hispaniam, *Montin* Lapponiam adire, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum misere Amici BOTANICI semina plantasque ficas non paucas, uti *B. Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorffius, Sibtorpius, Montius, Gleditschius, Krascheninnikoffius, Minuartius, Velezius*, nec non *O. Munchhausen L. B, S. C. Bielke L. B, J. Ratgeb Equ. Demi-*

LECTORI.

Idoff Nob. *Collinson*, *Torën*, *Braad*, aliisque *Clifford* omnes quas in duplo habuit: *Lagerström* indiæ orientalis plurimas: *Gronovius* plerasque Virginicas & *Gmelinus* Sibericas facile omnes, at *Sauvagesius* integrum suum thesaurum plantarum dedit, exemplo raro & inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora *Lapponica*, *Suecica*, *Zeylanica*, in Horto *Cliffortiano*, *Upsaliensi*. Iisdem principiis institere præstantissimi Botanici *Gronovius*, *Royenus*, *Wachendorff*, *Gorter*, *B. Jussieus*, *Le Monier*, *Gvettard*, *Dalibard*, *Sauvages*, *Colden*, *Hill*, inque non paucis *Hallerus*, *Gmelinus* aliique, quorum opera plurimæ Species evasere ratæ & evidentes.

NOMINA hæc passim dispersa in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquiritas dein plantas addere, inque unum Systema reducere; at vero pluribus *Speciebus* observatis, præstantioribus *notis* detectis, aptioribus *Terminis* cusis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentielles pro **NOMINE SPECIFICO** constituere non levidense opus est; requirit enim *Specierum* plurium accuratam cognitionem, harum attentissimam *partium* indagationem, *differentium* selectionem, *Terminorum* denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

NON VISAS plantas heic omisi, toties elusus ab auctoribus, ne dubia certissimis miscerem, si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Non

LECTORI.

Non nominatas in hoc Libello plantas, si quis ad me mittere velit, eas in proxima editione V. D. recensēbo cum honorifica recensione datoris.

NUMERUM plantarum totius orbis longe parciolem esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, utpote qui vix ac ne vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; hæc vero absque selectu potui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, umquam proponere nomen triviale sine sufficienti differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia.

SYNONYNA paucissima in EUROPÆIS plantis adhibui, contentus C. *Baubino* & *Iconographo* præstantiore; in EXOTICIS vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

DESCRIPTIONES tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notissimis *Fruticantes* ♀, *Perennes* ♀, *Biennes* ♂, *Annuae* ⊙ notavi.

GENERA nonnulla *nova*, nonnulla *immutata* adhibui, quæ in nova editione Generum plantarum propediem sistere animus est.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorsi: acerrima convitia, infimulationes, cavillationes, buccinationes, (præstantiorum longe Virorum, omni ævo, laboris præmia) tranquillo animo sustinui, nec suis auctoribus hæc invideo, si inde ipsis apud vulgus gloria major.

LECTORI.

ior. Fero hæc, quæ in me ne capillum quidem mutant, & cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis & quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatæ sum encomiis. Parem deinde adversariis referre gratiam, nec anni ingravescentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris ævi, tranquillus utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitæ persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus innixæ a toto eruditorum orbe conculcari possint; iudices itaque provoco feros Nepotes:

*Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.*

Dabam 1753 d. 2 Maji. Upsaliæ.

AUCTORES

REFORMATORES.

- PROPRIA** Genera plantarum. *Lugd.* 1752. oct.
 Philosophia Botanica. *Holmiæ.* 1751. oct.
 Hortus Cliffortianus. *Amstel.* 1737. fol.
 Hortus Upsalientis. *Holmiæ* 1748. oct.
 Flora Suecica. *Holmiæ* 1745. oct.
 Flora Lapponica. *Amstel.* 1737. oct.
 Flora Zeylanica. *Holmiæ* 1747. oct.
 Viridarium Cliffortian. *Amstel.* 1737. oct.
 Materia Medica. *Holmiæ* 1749. oct.
 Amœnitat. Academ. 1. *Lipsiæ.* 1749. oct.
 Amœnitat. Academ. 2. *Holmiæ* 1751. oct.
 Iter Oelandicum. *Holmiæ* 1745. oct. succ.
 Iter Gotlandicum. *Holmiæ* 1745. oct. succ.
 Iter Westrogothicum. *Holmiæ* 1747. oct. succ.
 Iter Scanicum *Holmiæ.* 1751. oct. succ.
 Acta Upsalient. R. soc. *Holmiæ* 1740. 3c. quart.
 Acta Stockh. R. soc. *Holmiæ* 1739. 3c. oct succ.

* *

- KALM** PETR. Plantæ canadenses propediem edendæ.
HASSELQUIST FR. Pl. ægypti in act. ups. & epistolis.
OSBECK PETR. Pl. chinenses in literis, Msc.
LOEFFLING PETR. Pl. hispanicæ in epistolis, Msc.

* * *

- GRONOVIVS** J. F. Flora virginica 1. 2. *Leidæ* 1739. oct.
ROYEN ADR. Flora leidentis. *Leidæ* 1740. oct.
GORTER DAY. Floræ geiro-zulphan. *Harderv.* 1745. oct.
JUSSIEU B. Pl. rariores vatiæ in lit. & act. paris.
GUETTARD M. Observations sur les plantes. *Paris.* 1747. oct.
DALIBARD M. Flora parisiensis. *Paris.* 1749. duod.
SAUVAGES FR. Flora monspeliensis. *Hagæ* 1751. oct.
COLDEN CONR. Plantæ coidingharniæ act. ups. 1743. quart.
WACHENDORFF E. J. Hortus Ultrajectinus. *Traject.* 1747. oct.
HALLER ALB. Stirpes helveticæ *Götting.* 1742. fol.
LUDVIG C. G. Genera Aphorismi, *Lips.* 173. oct.
GMELIN J. G. Flora Sibirica 1. 2. *Petrop.* 1750 3c. quart.
MONIER. LUD. GUIL. cat. des pl. en Auvergne &c. *Par.* 1745. p.
BÜTTNER D. G. Plantæ cunonis. *Amstel.* 1750. oct.
HILL JOH. Historis of plants. *Lond.* 1751. fol.
MITCHEL JOH. Genera pl. virglnic. *E. N. C.*
MONTI CAJET Genus Aldrovandæ &c. *Inst. Bonon.* Vol. 2.
SESLERUS LEONH. Epistola de vitaliana. *Venet.* 1750. fol.

USI-

USITATIORES.

*

Bauhini	pinax.		
Bauhini	Historia pl.		
Camerarii	epitome.		
Columnæ	ecphrasis.		
Clusii	historia.		
Dodonæi	pemptades.	Lobelii	Icones.
Fuchii	historia.	Brunsfelfii	Historia.
Dalechampii	historia.	Tabernæmontani	Historia.
Marcgravii	brasilia.		
Alpinus	exotica.	Cornuti	Canadenses
Læfelii	prussica.	Renalmi	Specimen.

* *

Morisoni	historia. 2. 3.		
Raji	historia. 1. 2.	Supplementum 3.	Synopsis 3:tia
Plukenetii	Almagestum,	Phytographia.	
Petiveri	gazaphylacium.		
Sloani	Jamaica.		
Hermannii	Hort. lugdabat.	Paradisus.	
Rheede	Hort. malab.		
Commelini	Hort. amstel. 1. 2.	Prælua.	
Breyii	Centuria.	Prodromus a filio.	
Dodarti	memoires.		Rivini Ordines.
Tournefortii	institutions.		
Plumierii.	Genera, Species, Americana,	Filices.	
Fewillæi	peruviana.		
Isnard	acta parisisa.		
Bocconis	Museum,	Siculæ plantæ.	
Barrelieri	Icones.		

* * *

Boerhavii	Hortus lugd-batavus.		
Kæmpferi	Amœnitates exoticæ.		
Scheuchzeri	Gramina; Itinera alpina.		
Michellii	Genera nova.		
Vaillantii	Acta parisisa. Flora parisisa.		
Monti	Gramina.	Tilli	Hortus pisanus.
Buxbaum.	Centuria.		
Catesby	Carolina 1. 2. 3.	Martyni	Centuria.
Burmanni	Zeylanica, africanarum decades.		
Amanni	Ruthenica, Herbarium.		
Dillenii	Elthamenses, Musci.		
Seguieri	Verona.		

* * *

* * *

* * *

Clas-

MONANDRIA

MONOGYNIA.

CANNA.

1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervosis *Indica.*
Roy. lugdb. 11. Fl. zeyl. 1. Hort. ups. 1
 Canna spatulis bitloris. *Hort. cliff. 1.*
 Arundo indica latifolia. *Bauh. pin. 19.*
Habitat inter tropicos Asia, Africa, America. 2
2. CANNA foliis lanceolatis petiolatis nervosis. *angustifolia. 1*
 Canna foliis lanceolatis petiolatis. *Hort. cliff. 1.*
 Arundo indica florida angustifolia. *Moris hist. 3. p. 250.*
f. S. 1. 14. f. 6.
Habitat inter tropicos America: Umbrosis spongiosis. 2
3. CANNA foliis lanceolatis petiolatis enervibus *Roy glauca.*
lugdb. 11.
 Canna foliis enervibus. *Froid. cliff. 104.*
 Cannoides. *Hort. cliff. 488.*
 CannaAcorus glaucophyllus, ampliore flore, iridis palustris facie. *Dill. elib. 69. t. 59. f. 69.*
Habitat in Carolina? 2

AMOMUM,

AMOMUM scapo nudo, spica ovata. *Hort. cliff. 3. Zingiber.*
Hort ups. 1. Flor. zeyl. 3. Mat. med. 1. Roy. lugdb.

12.

Zingiber. *Bauh. pin. 35.*
Habitat in Indiis inter tropicos 2.

2. AMOMUM scapo nudo, spica oblonga obtusa. *Hort. Zeymbei*
cliff. 3 Hort. ups. 1. Fl. zeyl. 2. Roy. lugdb. 12.
 Zingiber latifolium sylvestre. *Herm. lugdb. 636. t. 637.*
Habitat in India. 2
3. AMOMUM scapo bracteis alternis laxis caule brevior. *Cardamom.*
viole. Fl. zey. 4. Mat. med. 2.
 Elettari 2. *Rhœd. mal. 11. p. 9. t. 6.*
Habitat in India. 2

A

4. A-

2 MONANDRIA MONOGYNIA.

- Gran. parad.* 4. AMOMUM scapo vestito racemoso. ✱
 Amomum caule racemoso. *Mat. med.* 3.
 Grana paradisi officinarum. *Baub. pin.* 413.
Habitat in Madagascar, Guinea.

COSTUS,

- rabians* 1. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. *Hort. upf.* 2. *Fl. zeyl.* 5.
Mat. med. 4. *Roy. lugdb.* 11.
 Costus arabicus. *Baub. pin.* 36. *Mer. surin.* 36. t. 36.
Habitat in India utraque. &

ALPINIA.

- racemosa* 1. ALPINIA *Roy. lugdb.* 12.
 Alpina racemosa alba, cannacori foliis. *Plum. Gen.* 16
 Paco seroca *Marcgr. bras.* 48.
Habitat in America calidiore. &

MARANTA.

- arundinacea* 1. MARANTA. *Hort. cliff.* 2 * *Roy. lugdb.* 11.
 Maranta arundinacea, cannacori folio. *Plum. gen.* 16
Mart. cent. 39. ☉
Habitat in America calidiore. &

CURCUMA.

- rotunda* 1. CURCUMA foliis lanceolato-ovatis; nervis laterali-
 bus rarissimis.
 Curcuma foliis ovatis utrinque acuminatis: nervis late-
 ralibus paucissimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 6.
 Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. p. 19. t. 10. *
Habitat in India. &
- longa* 2. CURCUMA foliis lanceolatis: nervis lateralibus nu-
 merosissimis.
 Curcuma foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis
 lateralibus numerosissimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7.
Mat. med. 5.
 Curcuma radice longa. *Herm. lugdb.* 208. t. 209.
Habitat in India. &

KAEMPFERIA.

- Salonga* 1. KAEMPFERIA foliis ovatis sessilibus. *Fl. zeyl.* 8.
Mat. med. 3.
 Kaempferia. *Hort. cliff.* 2. t. 3. *Roy. lugdb.* 12.

Wanhom. *Kaempf. amoen.* 901. t. 902.

Habitat in India. ♀

2. KAEMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl. rotunda.*

9 *Mat. med.* 9

Zedoaria rotunda. *Baub. pin.* 31

Habitat in India. ♀

BOERHAVIA.

BOERHAVIA caule erecto.

erecta.

Boerhavia, solani folio, erecta glabra. *Amm. herb.* 241.

Habitat in Vera Cruce. ♀

2. BOERHAVIA caule diffuso.

diffusa.

Boerhavia diffusa. *Fl. zeyl.* 10. *Hort. ups.* 4.

Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 234.

Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. p. 105. t. 56:

Habitat in India. ♀

3. BOERHAVIA caule scandente.

scandens.

Solanum bacciferum americanum, fructu corymboso.

Pluk. alm. 349. t. 226. f. 7.

Valerianella, alfinis folio, scandens. *Sloan. flor.* 91. *hist.*

1. p. 210. *Raj. suppl.* 244.

Antaniphyllum scandens, alfinis majoris folio. *Vaill.*

act. 1722. p. 258.

Habitat in Jamaica ad urbem jago de la vega. ♀

4. BOERHAVIA caule repente.

repens.

Boerhavia nubica minor. *Vaill. sex.* 53.

β Boerhavia nubica minima. *Vaill. sex.* 55.

Habitat in Nubia inter Mochu & Tangos. ♀

SALICORNIA.

1. SALICORNIA articulis apice crassioribus obtusis.

europaea.
herbacea.

Mat. med. 8.

Salicornia herbacea. *Fl. succ.* 1.

Salicornia annua. *Sauv. monsp.* 7.

Salicornia. *Hort. cliff.* 490. *Roy. lugdb.* 205

- β Salicornia sempervivens. *Sauv. monsp.* 7.

fruticosa.

Kali geniculatum majus. *Baub. pin.* 289

Habitat in Europæ litoribus maritimis. ♂ ⊙

Conferantur annua & sempervivens utrum specie distinctæ?

1. SALICORNIA articulis obtusis basi incrassatis, spicis arabica, ovatis.

A 2

Kali

Kali geniculatum majus. *Baub. pin.* 289. *Morif. hist.*
p. 610. *f.* 5. *t.* 33 *f.* 7. *Raj. hist.* 211.
Habitat in Arabia.

virginia. 3. SALICORNIA articulis apice compressis emarginatis
 bifidis.
 Salicornia caulium ramorumque articulis apice bicorniu-
 bus *Gron. virg.* 129.
Habitat in Virginia, & ad Salinas Saxoniae. ☉

raspica. 4 SALICORNIA articulis cylindricis, spicis filiformi-
 bus.
 Kali arborefcens, tamarifci facie. *Buxb. cent.* 1. *t.* II. *f.* 1
Habitat in squalidis maris Caspii & Mediae ☿.

HIPPURIS.

vulgaris 1. HIPURIS. *Fl. lapp.* 1. *Fl. succ.* 2. *Hort. cliff.* 3.
Roy. lugdb. 205. *Dalib. parif.* 1.
 Equisetum palustre, brevioribus foliis, polyspermum.
Baub. pin. 35.
Habitat in Europæ fontibus. ♀

DIGYNIA.

CORISPERMUM.

hyssopifol. 1. CORISPERMUM floribus lateralibus. *Hort. upf.* 2.
 Corispermum floribus alternis. *Hort cliff.* 3. *Fr. gotl.*
 316. *Roy. lugdb.* 205. *Sauv. monsp.* 52.
 Corispermum hyssopifolium. *Fuss. act.* 1712. *p.* 244.
Habitat ad Wolgam Tartariae, Gillau Borussiae, Monip-
lii arenosis ☉

squarrosum. 2. CORISPERMUM spicis squarrosis. *Hort. upf.* 3. *
 Rhagrostis foliis arundinaceis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.
Habitat ad Wolgam Tartariae, inque desertis Cossaco-
rum. ☉.

BLITUM.

capitatum. 1. BLITUM capitellis spicatis terminalibus. *Hort. upf.* 3.
 Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis,
 capitulis summis nudis. *Virid. cliff.* 1. *Roy. lugdb.* 206.
 Blitum foliis triangularibus dentatis. *Hort. cliff.* 28.
 Atriplex baccifera. *Ray. hist.* 197.
Habitat in Europa: praesertim in comit. Tyrolensi. ☉

vargatum. 2. BLITUM capitellis sparsis lateralibus. *Hort. upf.* 3.
 Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis,
 titis,

tis, capsulis summis foliosis. *Hort. cliff.* 495. *Roy. lugdb.* 206.

Atriplex sylvestris, mori fructu. *Bauh. pin.* 119.

Habitat in Tataria, Hispania. ☉

CINNA.

1. CINNA.

arundinacea.

Habitat in Canada, unde semina per *D. Kalm.* 2

Gramen magnitudine *Avenæ sativæ*. Folia fere *arundinacea*, *leviuscula*. Panicula densa, *flaccida*. Flores *conferti*, *secundi*, lateribus calycis & petalo *majori* *scabri*. Arista *infra apicem Glumæ majoris petali* *brevissima*. *Gramen inamænum* *stamine unico spectabile*.

Classis II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

- arbor tristis.* 1. NYCTANTHES caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpis membranaceis compressis. *Fl. zeyl* 11.
 Arbor tristis myrto similis. *Baub pin* 469.
 Manja-pumeram. *Rheed mal.* 1. p. 35. t. 21.
Habitat in India. ♪
- Sambac.* 2. NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis obtusis, superioribus ovatis acutis. *Hort. upf.* 4.
 Nyctanthes caule volubili, foliis subovatis acutis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upf.* 4. * *Flor. zeyl.* 12. *Roy. lugab.* 398.
 Jasminum arabicum. *Claf. cuc.* 3. t. 3. *Angl. hort. t.* 27.
Habitat in India. ♪
- undulata* 3. NYCTANTHES foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus.
 Jasminum indicum, flore polypetalo exalbido, fructu minori. *Ray. hist.* 1601.
 Tsieregam-mulla. *Rheed. mal.* 6. p. 97. t. 55.
Habitat in Malabar. ♪
- hirsuta.* 4. NYCTANTHES pericarpis pedunculisque villosis. ☉
 Rava-pou. *Rheed. mal.* 4. p. 99. t. 48.
Habitat in India. ♪
- angustifolia.* 5. NYCTANTHES foliis obtusis lanceolatis ovatisque
 Jasminum indicum angustifolium, fructu gemino. *Tournef. inf.* 598.
 Katy-pitiegam mulla. *Rheed. mal.* 6. p. 93. t. 53. *Ray. hist.* 1602.
Habitat in Malabaræ arenosis. ♪

JASMINUM.

1. JASMINUM foliis oppositis pinnatis. *Hort. cliff.* 5. *officinale.*
Hort. ups. 5. *Mat. med.* 9. *Roy. lugdb.* 397.
Jasminum vulgatius, flore albo. Baub. pin. 397.
Habitat in India ♪
2. JASMINUM foliis oppositis ternatis. *Hort. cliff.* 5. *azoricum.*
Fl. zeyl. 13. *Roy. lugdb.* 397.
Jasminum azoricum trifoliatum. Comm. hort. 1. p. 159.
t. 82.
Habitat in India.
3. JASMINUM foliis alternis ternatis simplicibusque, *fraticane,*
 ramis angulatis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. ups.* 5. *Roy.*
lugdb. 397. *Sauv. monsp.* 174.
Jasminum luteum vulgo dictum bacciferum. Baub. pin.
 398.
Habitat in Europa australi ♪
4. JASMINUM. foliis alternis ternatis pinnatisque, *ra- humile,*
 mis angulatis. *Hort. ups.* 5.
Jasminum foliis alternis ternatis acuminatis. Hort. cliff.
 6. *Roy. lugdb.* 398.
Jasminum humile luteum. Baub. pin. 397.
Habitat - - - - - ♪
5. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, *ra- odoratissim.*
 mis teretibus. *Hort. ups.* 5.
Jasminum foliis alternis ternatis obtusis. Hort. cliff. 5.
Roy. lugdb. 397,
Jasminum indicum flavum odoratissimum. Ferr. cult. 93
Habitat in India? ♪

LIGUSTRUM.

1. LIGUSTRUM. *Hort. cliff.* 6. *Fl. suec.* 4. *Roy. lugdb. vulgare,*
 398. *Dalib. paris.* 2.
Ligustrum germanicum. Baub. pin. 475
Habitat in Europæ collibus glareosis. ♪

PHILLYREA.

1. PHILLYREA foliis lanceolatis subintegerrimis. *Hort. angustifol.*
ups. 5.

Phillyrea foliis ovato-lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff.*
4. *Roy. lugdb.* 398.

Phillyrea ligustri folio. *Baub. pin.* 476.

β. Phillyrea foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 4.
Roy. lugdb. 398.

Phillyrea angustifolia 1. 2. *Baub. pin.* 476.

Habitat in Europæ australioris collibus. ♪

latifolia.

2. PHILLYREA foliis cordato-ovatis ferratis. *Hort. cliff.*
4. *Hort. upf.* 6. *Roy. lugdb.* 398.

Phillyrea latifolia spinosa. *Baub. pin.* 476.

Phillyrea folio leviter ferrato. *Baub. pin.* 476

Habitat in Europa australi. ♪

OLEA.

europæa.

1. OLEA foliis lanceolatis.

Olea foliis lanceolatis, ramis teretiusculis. *Hort. cliff.* 4.
Mat. med. 10. *Roy. lugdb.* 398.

Olea sativa. *Baub. pin.* 472.

β. Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 4.
Roy. lugdb. 399.

Olea sylvestris, folio duro subtus incano. *Baub. pin.* 472.

Habitat in Europa australi. ♪

capensis.

2. OLEA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 399.

Ligustrum capense sempervirens, folio crasso subrotundo. *Dill. elth.* 193. t. 170. f. 194.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

CHIONANTHUS.

virginica.

1. CHIONANTHUS pedunculis trifidis trifloris.

Chionanthus. *Hort. cliff.* 17. *Gron. virg.* 10. *Roy. lugdb.* 17.

Amelanchier virginiana, laurocerasi folio. *Per. sicc.*
241. *Gatesb. carol.* 1. p. 68. t. 68.

Habitat in America septentrionali. ♪

zeylonica.

2. CHIONANTHUS pedunculis paniculatis multifloris.

Fl. zeyl. 14.

Arbor zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis.

Burm. zeyl. 31.

Habitat in Zeylona. ♪

SYRINGA.

1. SYRINGA foliis ovato cordatis. *Hort. cliff.* 6. *Hort. vulgaris.*
ups. 6. *Roy. lugdb.* 397. *Dalib. paris.* 2.
Syringa cærulea. *Bauh. pin.* 398.
Habitat versus Perliam. 5
2. SYRINGA foliis lanceolatis. *persica.*
 a. *Syringa foliis lanceolatis integris.* *Hort cliff.* 6. *Hort.*
ups. 6. *Roy. lugdb.* 397.
 β. *Syringa foliis lanceolatis integris dissectisque laciniata.*
Hort. cliff. 6. *Hort. ups.* 6. *Roy. lugdb.* 397.
Ligustrum foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 476.
Habitat in Persia? 5

ERANTHEMUM.

- ERANTHEMUM. *Fl. zeyl.* 15. * *Amm. acad.* 385. * *capense.*
Ephemerum lychnidis flore africanum. *Herm. parad.* 153.
Amm. herb. 232.
Habitat in Æthiopia.

CIRCÆA.

1. CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *lutetiana;*
Circæa. *Fl. suec.* 5. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 303.
Dalib. paris. 3.
Solanifolia Circæa dicta major. *Bauh. pin.* 168. *It. w-*
goth. 213.
 β. *Circæa canadensis latifolia, flore albo.* *Tournef. inst. caudensis.*
 301.
Habitat in Europæ & Americæ borealis nemoribus. 2
Hæc sesquipedalis caule erecto, Racemis terminali & la-
teralibus; Perianthium consistertia calycina, s. corol-
la longe crassius, rudiusque, nec corollæ concolor.
2. CIRCÆA caule ascendente, racemo unico. *alpina.*
Circæa calyce colorato. *Fl. lapp.* 3.
Solanifolia Circæa alpina. *Bauh. pin.* 168.
Habitat ad radices montium in frigidis Europæ. 2
Planta vix digiti longitudine, magis procumbens, calyce
colorato, uti corolla; differt quidem a priori, attamen
nimis affinis.

VERONICA.

* *Spicatæ.*

1. VERONICA spicis terminalibus, foliis quaternis qui- *virginica.*
 nisve.

Vero-

Veronica foliis quaternis quinisve. *Hort. cliff.* 7 * *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 301. *Cold. noveb.* 3.

Veronica virginiana procerior, foliis ternis, quaternis & etiam quinis caulem amplexantibus, spicis florum candidissimis. *Pluk. alm.* 383. t. 70. f. 2.

Habitat in Virginia. 2.

spuria.

2. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ferratis. *Hort. upf.* 7. *

Veronica spicata angustifolia. *Bauh. pin.* 246.

Veronica mas iurrecta elatior. *Barr. rar.* 155. t. 891.

Habitat in Europa australiore, Sibiria. 2

maritima.

3. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis ternis inæqualiter ferratis.

Veronica floribus spicatis, foliis ternis. *Fl. suec.* 6.

Veronica foliis sæpius ternis. *Virid. cliff.* 2. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 301.

Veronica caule erecto, spicis pluribus, foliis lanceolatis ferratis. *Fl. lapp.* 4.

Habitat in maritimis Europæ macris apricis. 2

longifolia.

4. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis ferratis acuminatis. *Hort. upf.* 7. *

Veronica spicata latifolia. *Bauh. pin.* 246.

Veronica i erectior latifolia. *Clus. hist.* 1. p. 346.

β. *Veronica* spicata longifolia altera. *Amm. ruth.* 26.

γ. *Veronica* spicata, urticæ folio. *Amm. ruth.* 26.

Habitat in Tataria, Austria, Suecia. 2

incana.

5. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. *Hort. upf.* 7. *

Veronica caule fruticoso, foliis oblongis: inferioribus crenatis petiolatis; superioribus sessilibus integerrimis.

Roy. lugdb. 530.

Veronica spicata lanuginosa & incana, floribus cæruleis. *Amm. ruth.* 30.

Habitat in Ucraina, Samara. 2

spicata.

6. *VERONICA* spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule ascendente simplicissimo.

Veronica floribus spicatis, foliis oppositis, caule erecto. *Fl. suec.* 7. *Dalib. paris.* 3.

Veronica foliis oppositis, caule spica terminato. *Hort cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica spicata minor. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in Europæ borealis campis. 2

7. VERONICA spicis terminalibus, foliis oppositis obtuse serratis scabris, caule erecto. *hybrida*
 Veronica spicata cambrobritannica, bugulæ subhirsuto folio. *Raj. syn.* 3. p. 278. t. 11. f. 1.
Habitat in Europa variis.
 Obs. *Folia veronicæ sequentis, Caulis præcedentis, sed spicæ majores pallidiores.* ♀
8. VERONICA spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Mat. med.* 11.
 Veronica floribus spicatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Fl. succ.* 8. *Dalib. parif.* 3.
 Veronica caule repente, scapis spicatis, foliis oppositis ovatis strigosis. *Fl. lapp.* 5. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.
 Veronica mas supina & vulgatissima. *Bauh. pin.* 246.
Habitat in Europæ sylvestribus sterilibus. ♀
- * * *Corymboso-racemosa.*
9. VERONICA corymbo terminali, scapo nudo. *aphylla.*
 Veronica foliis ovatis radicalibus, caule nudo. *Roy. lugdb.* 302.
 Veronica alpina pumila, caule aphylo. *Bocc. mus.* 2. p. 17. t. 1.
 Veronica parva saxatilis, cauliculis nudis. *Pluk. alm.* 384. t. 114. f. 3. *Segu. ver.* 241. t. 31. f. 2.
 Chamædrys alpina minima hirsuta. *Bauh. pin.* 247.
Habitat in alpinis Europæ australioris. ♀
10. VERONICA corymbo terminali, caule ascendente *bellidoides.*
 diphylo.
 Veronica caule non ramoso, foliis obtusis crenatis, floribus congestis terminato, foliis ovatis subsæperis. *Hall. helv.* 531. t. 12. f. 1.
 Veronica alpina, bellidis folio. *Bauh. pin.* 247. *prod.* 116 *Burf. XII.* 27.
Habitat in Helvetia, Pyrenæis. ♀
11. VERONICA corymbo terminali, foliis oppositis *Bonarota.*
 ferrato dentatis, calycibus linearibus.
 Bonarota. *Mich. gen.* 19. t. 15. f. 12.
 Pæderota *Gen. pl.* 11.
 Chamædrys alpina saxatilis. *Bauh. pin.* 248.
Habitat in alpinis Italicis. ♀
12. VERONICA corymbo terminali, foliis oppositis, calycibus hispidis. *alpina*

Veronica floribus corymbosis terminalibus, calycibus hispidis. *Fl. suec.* 13.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Fl. lapp.* 7. t. 9. f. 4.

Veronica caule inferne procumbente fruticoso, foliis ovatis oppositis, racemo terminali. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica alpina frutescens. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in alpidibus Europæ. 2

serpyllifolia. 13. VERONICA racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis.

Veronica floribus solitariis subcorymbosis, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. suec.* 14. *Dalib. paris.* 4.

Veronica foliis inferioribus oppositis ovatis, superioribus alternis lanceolatis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 9.

Gron. virg. 4. *Roy. lugdb.* 302. *Cold. noveb.* 1.

Veronica floribus sparsis, foliis ovatis crenatis glabris. *Fl. lapp.* 6.

Veronica pratensis serpyllifolia. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in Europa & America septentrionali ad vias, agros. 2

Beccabunga. 14. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. suec.* 11. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus racemosis lateralibus. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus laxe spicatis ex alis. *Hort. cliff.* 8. *Gron. virg.* 4.

Anagallis aquatica major (minorque), folio subrotundo. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europa ad rivulos. 2

Anagallis. ▽ 15. VERONICA racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *Fl. suec.* 10. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus laxe spicatis ex alis. *Gron. virg.* 4.

Veronica aquatica major, folio oblongo. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europa ad fossas. 0

scutellata. 16. VERONICA racemis lateralibus pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Fl. suec.* 9. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis linearilanceolatis integris, racemis laxe floriferis. *Fl. lapp.* 9. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica aquatica angustifolia scutellata. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europæ inundatis. 2

17. VERONICA racemis lateralibus, foliis multifidis. *multifida*,
 Veronica montana, folio vario. *Buxb. cent. 1. p. 24.*
t. 38.
Habitat in Armeniæ, Iberiæ graminosis. ♀
18. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis rugo- *Chamædrys*,
 sis dentatis, caule debili. *Fl. succ. 12. Dalib. parif. 4.*
 Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis
 inferioribus laxè spicatis. *Hort. cliff. 8. Roy. lugdb. 303.*
 Veronica foliis cordatis sessilibus oppositis, racemis la-
 xè floriferis. *Fl. lapp. 8.*
Chamædrys spuria minor rotundifolia. Bauh. pin. 249.
Habitat in Europæ pratis. ♀
19. VERONICA racemis lateralibus, foliis cordatis ru- *latifolia*,
 gosis dentatis, caule stricto.
 Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis
 superioribus laxè spicatis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb.*
303.
 Veronica pratensis omnium maxima. *Buxb. cent. 1. p.*
23. t. 34.
Chamædrys spuria major latifolia Bauh. pin. 248.
Habitat in Helvetia, Bithynia. ♀
- *** *Pedunculis unifloris.*
20. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis incis *agressis*,
 pedunculo brevioribus. *Fl. succ. 17. Dalib. parif. 6.*
 Veronica foliis cordatis crenatis, floribus solitariis pe-
 dunculatis. *Roy. lugdb. 303.*
 Veronica foliis alternis cordatis crenatis, floribus solita-
 riis. *Hort. cliff. 9.*
 Alsine chamædryfolia, flosculis pediculis oblongis infi-
 dentibus. *Bauh. pin. 250.*
Habitat in Europæ cultis, arvis. ☉
21. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis inci- *arvensis*
 sis pedunculo longioribus. *Fl. succ. 16. Dalib. parif. 5.*
 Veronica foliis oppositis cordatis crenatis, floribus solita-
 riis sessilibus. *Hort. cliff. 9. Gron. virg. 4. Roy.*
lugdb. 303.
 Alsine veronicæ foliis, flosculis cauliculis adhærentibus.
Bauh. pin. 250.
Habitat in Europæ arvis, cultis. ☉
22. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis planis *tederaefolia*,
 quinquelobis. *Fl. succ. 18. Dalib. parif. 6.*

Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis, floribus solitariis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb. 303.*

Alfine hederulæ folio. *Bauh. pin. 250.*

- β. Veronica chia, cymbalariæ folio, verna, flore albo: umbilico virescente. *Tournef. cor. 7. Buxb. cent. 1. p. 25. t. 39. f. 1.*

Habitat in Europæ ruderatis. ☉

- * Obf. *Semina umbilicata sunt huic propria.*

triphyllus.

23. VERONICA floribus solitariis, foliis, digitato-partitis pedunculo brevioribus. *Fl. suec. 19. Dalib. parif. 6*
Veronica foliis alternis: inferioribus quinquepartitis; superioribus tripartitis, floribus solitariis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb. 302.*

Veronica triphyllus cærulea. *Bauh. pin. 250.*

Habitat in Europæ agris. ☉

verna.

24. VERONICA floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. *Fl. suec. 20.*

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo. *Dill. app. 38.*

Habitat in Sueciæ, Germaniæ, Hispaniæ aridis apricis. ☉

romana.

25. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis oblongis subdentatis, caule erecto.

Veronica minima, clinopodii minoris folio glabro, romana. *Bocc. mus. 2. p. 29. t. 102. Vaill. parif. 201. t. 23. f. 3. Raj. suppl. 423.*

Veronica erecta, acini folio glabro, floribus cæruleis. *Dill. app. 39.*

Habitat in Europæ australioris agris. ☉

Planta nostra gerit folia magis oblonga, quam illa a Valantio picta.

peregrina.

26. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtusis integerrimis, caule erecto. *Fl. suec. 15. **

Veronica terrestris annua, folio polygoni, flore albo. *Morif. hist. 2. p. 322. f. 3. t. 24. f. 19.*

Habitat in Europæ hortis, arvisque. ☉

marilandica.

27. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis linearibus, caulibus diffusis.

Veronica caulibus procumbentibus, foliis linearibus, floribus sessilibus lateralibus. *Gron. virg. 4.*

Habitat in Virginia.

JUSTICIA.

JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Adhatoda*,
ovatis persistentibus, corollarum galea concava. *Fl*
zeyl. 16. *Hort upf.* 7.

Justicia foliis ovato-lanceolatis, spicis foliolis, florum ga-
lea concava. *Hort cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 291.

Adhatoda zeylanensium. *Herm. lugdb.* 642. t. 643.
Pluk. alm. 9. t. 173. f. 3.

Habitat in Zeylona. ☿

2. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Ecbolium*,
ovatis deciduis mucronatis, corollarum galea reflexa.
Fl. zeyl. 17.

Adhatoda, spica longissima, flore reflexo. *Burm. zeyl.*
7. t. 4. f. 1.

Carim-curini. *Rheed. mal.* 2. p. 31. t. 20. *Pluk. alm.*
126. t. 171 f. 4.

Habitat in Malabar, Zeylona. ☿

3. JUSTICIA fruticosa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Betonica*,
ovatis acuminatis venoso-reticulatis coloratis. *Fl. zeyl.*
18. *

Betonica frutescens. *Bont. jav.* 146.

Bem curini. *Rheed. mal.* 2. p. 126. t. 21.

Habitat in India. ☿

4. JUSTICIA fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis, pe-
dunculis trifloris ancipitibus, bracteis calyce breviori-
bus.

Justicia foliis lineari-lanceolatis, floribus sæpius solitariis.
Hort. cliff. 10. *Roy. lugdb.* 291.

Ecbolii indici s. Adhatodæ cucullatis floribus aemula,
hyssopifolia planta ex insulis fortunatis. *Pluk. alm.*
132. t. 280. f. 1.

Habitat in insulis Fortunatis. ☿

5. JUSTICIA procumbens, foliis lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus lateralibusque alternis, bra-
cteis setaceis. *Fl. zeyl.* 19. *

Euphrasia, alines angustiore folio, rubiæ modo spicata,
golcondea. *Pluk. alm.* 142. t. 56. f. 3.

Habitat in Zeylona. ♀

6. JUSTICIA repens, foliis ovatis subcrenatis, spicis ter-
minalibus, bracteis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 20. *

Adhatoda spicata, flosculos ex foliolis membranaceis.
Burm. zeyl. 7. t. 3. f. 2.

Habitat in Zeylona. ♀

7. JU-

- chinensis*. 7. JUSTICIA herbacea. foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus.
Habitat in China
Caules angulati, pedales, inferne ramosi. folia opposita, petiolata, ovata, acuminata, obtusiuscula, vix crenata. Ex alis pedunculi duo s. tres, singuli breves apice triflori, involucro diphyllis, setaceo, nudo, bracteis ovatis, obtusis, longitudine floris, minimis.
- echioides* 8. JUSTICIA foliis lanceolato-linearibus obtusis sessilibus. racemis ascendenti-secundis, bracteis setaceis.
*Fl. zeyl. 21. **
Euphrasiae affinis indica echioides. Herbar. Lugdb. 668. t. 669 Peetumba. Rheed. mal. 9. p. 87 t. 46.
Habitat in India.
- sexangular*. 9. JUSTICIA foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis sexangularibus.
Justicia annua, hexangulati caule, foliis circææ conjugatis, flore miniato. Amm. herb. 274. Hort cliff. 10.
Euphrasia, altines majori folio, flore gateato pallide luteo, jamaicensis. Pluk. alm. 142. t. 279. f. 6.
Habitat in Vera cruce, Jamaica. ☉
- nufura* 10. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis integerrimis. pedunculis dichotomis.
Pulcolli. Rheed. mal. 9. p. 135. t. 69.
Habitat in India Toren.
Rami obsolete angulati. Folia lato-lanceolata s. lanceolata-ovata, obtuse acuminata, integerrima, minus glabra. Pedunculi dichotomi, longitudine foliorum. Flores sessiles, bracteis minimis, lineatis. Calyces minimi Corollæ tubus filiformis, longus. Limbi labium superius lineare, angustum, brevius, reflexum; L. inferius æquale, trifidum. Stamina extra fauces prominentia. Stylus capillaris, persistens.
- purpurea*. 11. JUSTICIA foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, spicis secundis.
Habitat in China. Osbeck.
Caulis herbaceus, brachiatus. Folia lato-ovata, apice & basi mucronata, glabra, petiolata, integerrima. Articuli caulis & rami supra basin Genuculo tumido, quod supra angustius evadit, novantur. Spicæ ad latera & apices ramorum, secundæ. Bractee angustæ, lanceolatae, longitudine capsularum. Corollæ purpureæ: labiis crectis; altero lineari angustissimo; altero lato trilobo. Stamina duo, purpurea, longitudine corollæ.

GRATIOLA.

1. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lanceolatis *officinalis*, ferratis. *Mat. med.* 18.
Gratiola. Riv. mon. 157. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 292.
Dalib. paris. 8. *Sauv. monsp.* 137.
Gratiola centauroides. Baub. pin. 279.
Habitat in Lusatia, Gallia & australioribus Europæ humidiusculis. &
2. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis ovatis cre- *dubia* natis. *Gron. virg.* 129.
Ruellia pedunculis solitariis unifloris longitudine foliorum. Gron. virg. 73. *.
Habitat in Virginie aquosis.
Foliola duo ista floralia, que in precedente & sequente, in hac desunt.
3. GRATIOLA foliis lanceolatis obtusis subdentatis. *virginian.*
Gron. virg. 6. *.
Habitat in Virginia.
4. GRATIOLA floribus subsessilibus. *peruviana*
Gratiola latiore folio, flore albo. Fewill. peruv. 3. t. 47.
Habitat in Peru.

PINGVICULA.

1. PINGVICULA nectarii apice incrassato. *lusitanica.*
Viola palustris, Pinguicula dicta, lusitanica. Gris. lusit.
Habitat in Lusitania. &
2. PINGVICULA nectario cylindraceo longitudine pe- *vulgaris* tali. *Fl. lapp.* 11. *Fl. succ.* 21. *Roy. lugdb.* 304.
Sanicula montana, flore calcari donato. Baub. pin. 243.
Habitat in Europæ uliginosis &
3. PINGVICULA nectario conico petalo brevior. *Fl. alpina:*
lapp. 12. t. 12. f. 3. *. *Fl. succ.* 22.
Pinguicula flore albo minore, calcari brevissimo. Raj.
hist. 752.
Habitat in Alpibus Lapponicis. &
4. PINGVICULA scapo villoso. *Fl. lapp.* 13. t. 12. f. 2. villosi.
Fl. succ. 23.
Habitat in Lapponia, Sibiria. &

UTRICULARIA.

- rulgaris.* 1. UTRICULARIA nectario conico. *Fl. lapp.* 14. *Fl. suec.* 24. *Fl. zeyl.* 22. *Roy. lugdb.* 304.
Lentibularia. *Riv. mon.* 78. *
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141.
Habitat in Europæ fossis paludibus profundioribus. & Nectarium subulatum, longitudine labii inferioris; cui approxinatum; faux clausa palato gibbo. Planta nobis duplex: altera MAJOR a Rivino delineata, calyce postice rotundato. Altera MINOR calyce postice transverso, & quasi truncato; crescunt conjunctim
- minor.* 2. UTRICULARIA nectario carinato. *Fl. suec.* 25. *
Millefolium palustre galericulatum minus. *Pluk. alm.* 251. t. 99. f. 6.
Aparine aquis innata trevisana, foliis percheper capreolis donata. *Bocc. mus.* 1. p. 23. t. 4.
Habitat in Europæ fossis rarius. Nectarium obsoletum, deorsum spectans; faux absque gibbo palato, pervia & hians.
- subulata.* 3. UTRICULARIA nectario subulato. *Gron. virg.* 6.
Habitat in Virginia.
- gibba.* 4. UTRICULARIA nectario gibbofo.
Utricularia florum nectario gibbofo, scapo nunc unifloro nunc bifloro. *Gron. virg.* 129.
Habitat in Virginia.
- bifida.* 5. UTRICULARIA scapo nudo bifido.
Habitat in China. Osbeck.
Caulis filiformis, digiti longitudine, bifidus s. duplici racemo, nudus. Flores alterni, lutei: labio superiore lateribus acuto.
- carnica.* 6. UTRICULARIA scapo nudo, squamis alternis vagis subulatis. *Fl. zeyl.* 23. *
Nelipu. *Kheed. mal.* 9. p. 137. t. 70.
Habitat in Zeylona.
- foliosa.* 7. UTRICULARIA caule folioso. †
Linaria palustris, foeniculi folio. *Plum. spec.* 6.
Habitat in Americis Gallia æquinoctiali.

VERBENA.

* *Diandra disperme.*

1. VERBENA diandra, spicis longissimis foliosis.

arubica.

Ver-

- Verbena* foliis ovalis acuminatis, spica foliosa. *Hort. cliff.* 10. *
- Verbena* orubica, teucrii folio, primulae veris flore, filiquis & seminibus longissimis. *Pluk. alm.* 383. t. 228. f. 4. & t. 327. f. 7.
- Sherardia* urticae folio subtus incano, floribus violaceis. *Ehret. pict.* t. 5. f. 1.
Habitat in Oruba insula americes septentrionalis.
2. *VERBENA* diandra, spicis longissimis carnosis subnuda. *jamaicensis*.
dis.
Verbena foliis obtuse ovalibus, spica carnosifera nuda. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 327.
Verbena folio subrotundo serrato, flore caeruleo. *Sloan. hist.* 171. t. 107. f. 1.
Habitat in Jamaica & Caribæis. & ☉
3. *VERBENA* diandra, spicis ovatis, foliis lanceolatis *stæchadisfol.* serrato-plicatis, caule fruticoso. *Roy. lugdb.* 327.
Sherardia nodiflora, *stæchadis* serratifolii folio. *Vaill. sex.* 49.
Lavandula, foliis crenatis latioribus, americana frutescens. *Plum. spec.* 6.
Habitat in America Galliae æquinoctialis.
4. *VERBENA* diandra, spicis laxis, calycibus alternis *prismatica.* prismaticis truncatis aristatis, foliis ovatis obtusis.
Verbena minima, *chamædryos* folio, *Sloan. jam.* 64.
Habitat in Jamaica.
5. *Verbena* diandra, spicis laxis, calycibus fructus reflexo-*mexicana.* pendulis subglobosis hispida.
Verbena mexicana, *trachelii* folio, fructu aparines: *Dill. elth.* 407. t. 302. f. 389.
Habitat in Mexico.
6. *VERBENA* diandra, calycibus subrotundis erectiusculis *lappinacea.* lis, seminibus echinatis.
Scorodinia floribus spicatis purpurascens pentapetaloidibus. *Sloan. jam.* 66.
Blairia *Houft. Ann. herb.* 277.
Habitat in Jamaica.
7. *VERBENA* diandra, spicis longis, calycibus aristatis, *curassavica.* foliis ovatis argute serratis.
Veronica similis fruticosa *curassavica.* *Herm. parad.* 240.
Kempfer. *Houft. m. fl.*
Habitat in Curassao Americes.

* *Tetrandræ Tetraspermæ.*

- nodiflora.* 8. VERBENA tetrandra, spicis capitato-conicis, foliis serratis, caule repente. *Fl. zeyl.* 399.
 Verbena foliis verticaliter ovatis, spicis globosis. *Hort. cliff.* 11.
 Verbena foliis verticaliter ovatis, spicis solitariis ovatis. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena caule repente, foliis oblongis superne crenatis, pedunculis solitariis capitatis. *Gron. virg.* 7.
 Verbena nodiflora. *Baub. pin.* 269. *prodr.* 125
Habitat in Virginia. ☉
- bonariensis.* 9. VERBENA tetrandra, spicis fasciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Hort. ups.* 8.
 Verbena foliis lanceolatis, floribus congestis fastigiatis. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326..
 Verbena bonariensis altissima, lavendulæ canariensis folio, spica lavendulæ. *Dill. elth.* 406. t. 300. f. 387
Habitat in agro Bonariensi. ♀
- hastata.* 10. VERBENA tetrandra, spicis longis acuminatis, foliis hastatis. *Hort. ups.* 8.
 Verbena foliis lanceolatis serratis, spicis filiformibus paniculatis. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena americana altissima, spica multiplici, urticæ foliis angustis, floribus cæruleis. *Herm. parad.* 242. t. 242.
Habitat in Canadæ humidis. ♀
- articiifolia.* 11. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis indivisis serratis petiolatis. *Hort. ups.* 9.
 Verbena foliis ovatis, caule erecto, spicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena recta canadensis, urticæ foliis. *Morif. hist.* 3. p. 418. f. 11. t. 25. f. 3.
Habitat in Virginia, Canadæ aridis. ♀
- humilis.* 12. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, caulibus numerosis. *Hort. ups.* 8.
 Veronica humilior, foliis incis. *Clayt. virg.* 8.
Habitat in Canada, Virginia. ♀
- officinalis.* 13. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario.
 Verbena foliis multifido-laciniatis, spicis filiformibus
Hort

Hort. cliff. 11. *Fl. suec.* 26. *Roy. lugdb.* 327. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 279.

Verbena communis, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 269.

Habitat in Europæ mediterraneæ ruderatis. ☉

14. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus solitariis, *supina*.
foliis bipinnatifidis.

Verbena tenuifolia. *Bauh. pin.* 269.

Verbena supina. *Clus. hist.* 2. p. 46.

Habitat in Hispania.

LYCOPUS

1. LYCOPUS foliis sinuato-ferratis.

europæus.

Lycopus foliis indivisis. *Fl. suec.* 27. *Dalib. paris.* 9.

Lycopus. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326.

Marrubium palustre glabrum. *Bauh. pin.* 230.

Habitat in Europæ ripis humentibus. ♀

2. LYCOPUS foliis æqualiter ferratis.

virginicus.

Lycopus foliis lanceolatis tenuissime ferratis. *Gron. virg.* 8.

Habitat in Virginia. ♀

AMETHYSTEA.

1. AMETHYSTEA. *Hort. upf.* 9. *Amœn. acad.* 386. * *cærulea.*

Amethysina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis serratis, floribus cum coma e cæruleo-janthinis.

Ann. ruth. 4. *Hall. act. upf.* 1742, p. 51. f. 1.

Habitat in Sibiria montosis. ☉

ZIZIPHORA.

1. ZIZIPHORA capitulis terminalibus, foliis ovatis. *capitata.*

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus terminatricibus.

Hort. cliff. 305. *Roy. lugdb.* 313.

Clinopodium fistulosum pumilum indiarum occidentalis, summo caule floridum. *Pluk. alm.* III. t. 164. f. 4. ☉

Habitat in Syria.

2. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis lanceolatis. *tenuior.*

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 305.

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 313. *Hort. upf.* 9.

Acinos syriaca, folio mucronato, capsulis hirsutis. *Morif. hist.* 3. p. 404. f. II. t. 19. f. 3. 4.

Habitat in Syria? ☉

- acinoïdes.* 3. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis ovatis. Clinopodium supinum incanum. *Amm. ruth.* 66?
Habitat in Sibiria. ☉
Habitus Thymi Acinos, sed majora quintuplo omnia. Folia
Z. capitata; Flores laterales ut in Z. tenuiore 2, sed
copiosiores. Calyces similiter hispidi; stamina extra-
colle tubum protrusa.

MONARDA.

- sittulosa.* 1. MONARDA capitulis terminalibus, caule obtus-angulo. *Hort. ups.* 12.
 Monarda floribus capitatis, caule obtuso. *Vir. cliff,* 3.
Roy. lugdb. 313.
 Monarda. *Hort. cliff,* 11.
 Origanum sicutosum canadense. *Corn. canad.* 13. t. 14.
Habitat in Canada. ♀
- didyma.* 2. MONARDA floribus capitatis sub-didynamis, caule acutangulo.
 Monarda caule acute angulato, capitulis terminalibus.
Hort. cliff. 495. *Cold. noveb.* 7.
 Monarda floribus capitatis verticillatisque, caule acute angulato, foliis lanceolato serratis glabris. *Büttm. cun.* 226.
Habitat in Pensilvania, Noveboraco.
- clinopodia.* 3. MONARDA floribus capitatis, foliis levibus serratis. Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymbosis, foliis inæqualiter serratis. *Gron. virg.* 9.
Habitat in Virginia. 2
Radix repens. Facies plantæ precedentis quoad statu-
ram, ac folia gerit Clinopodii incani omnino; neque
hæc spica rubra, nec flores tetrandri; foliisque gla-
berrimis distincta a prima; Folia ovato-oblonga, acu-
minata, profunde serrata, petiolata, utrinque levia.
Caulis quadrangularis, magis quam in prima, minus
argute quam in secunda. Flores in capitulum bracteis
radiatum, pallidi.
- punctata.* 4. MONARDA floribus verticillatis, corollis punctatis. *Hort. ups.* 12.
 Monarda floribus verticillatis. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 9. *Roy. lugdb.* 313.
 Clinopodium virginianum angustifolium, quovis verticillo

cillo duodecim foliolis rubentibus cincto. *Pluk. alm.*
111. t. 24. f. 1.

Habitat in Virginia. ☉

5. MONARDA floribus verticillatis, corollis involucrio *ciliata*,
longioribus.

Monarda spica interrupta, involucris longitudine verticillorum lanceolatis: *Gron. virg.* 9. *

Clinopodium angustifolium non ramosum, flore cæruleo: labio trifidis atropurpureis maculis ornato. *Pluk. alm.* 10. t. 164. f. 3. *Morif. hist.* 3. p. 374. f. 11. t. 8. f. 6.

Habitat in Virginia.

ROSMARINUS.

1. ROSMARINUS. *Hort. cliff.* 14. *Hort. upf.* 11. *Mat. officinalis*,
med. 16. *Roy. lugdb.* 310.

Rosmarinus spontaneus, latiore folio. *Bauh. pin.* 217.

- β. *Rosmarinus hortensis*, angustiore folio. *Bauh. pin.* 217.
Habitat in Hispania, G. narbonensi, Galilæa. b

SALVIA.

Gramen triticeum. Spica latiore compacta, cristatum. *Buxb. cent.* 1. p. 32. t. 50. f. 3.

Habitat in Sibiria, Tataria. 2

STIPA.

pennata.

1. STIPA aristas lanatis.

Festuca aristas paniculæ circiter longitudine plumosis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen spicatum, aristas pennatis. *Tournef. inst.* 518. *Scheuchz. gram.* 153.

Gramen sparteum pennatum. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 70. *Spartum austriacum.* *Clus. hist.* 2. p. 221.

Habitat in Austria, Gallia.

junceæ.

2. STIPA aristas nudis, calycibus semine longioribus.

Festuca aristas circiter longitudine paniculæ nudis. *Roy. lugdb.* 68.

Festuca junceæ folio. *Bauh. pin.* 9. *Theatr.* 145. *Scheuchz. gram.* 151.

Festuca longissimis aristas. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 153. *Habitat in Helvetia, Gallia.*

avenacæ.

3. STIPA aristas nudis, calycibus semen æquantibus.

Andropogon folio superiore spathaceo, pedunculis lateralibus oppositis unifloris, aristas flexuosis. *Gron. virg.* 133.

Habitat in Virginia.

Culini tenues. Folium summum ventricosum longitudine pani-

paniculae. Panicula pedunculis conjugatis, unifloris. Calycis gluma uniflora, pallida, bivalvis, aequalis. Corollae arista terminalis, contorta basi articulata, ruda, longitudine pedunculorum. Gramen hoc Avena sativa minor est.

AVENA.

1. AVENA paniculata, calycibus unifloris, feminibus hispanicis, iutis, aristis calyce triplo longioribus. Festuca glumis villosis, aristis calyce triplo longioribus. *Gmel. sibir. 1. p. 113. t. 22.*
Habitat in Sibiria.
2. AVENA calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito elatior, mutico, masculo aristato. *Fl. suec. 98.*
Avena calycibus bifloris, panicula laxè spicata: pedunculis prioribus fasciculatis. *Guentt. stamp. 1. p. 162.*
Gramen avenaceum, panicula acerosa, femine paposo. *Dill. app. 48.*
Gramen avenaceum elatius, juba longa splendente. *Raj. meth. 179. angl. 3. p. 406. Moris. hist. 3. p. 214. f. 8. t. 7. f. 37. Scheuch. gram. 239. Hall. herb. 225.*
- β. Avena panicula nutante, calycibus bifloris: altero flosculo aristato. *Roy. lugdb. 66.*
Gramen nudosum, avenacea panicula, radice tuberibus prædita. *Bauh. pin. 2. prodr. 3. theatr. 18. Scheuch. gram. 237.*
Habitat in Europæ maritimis & apricis.
3. AVENA panicula attenuata, calycibus bifloris feminibus villosis, aristis calyce duplo longioribus. *Habitat in Pennsylvania. Kalm.*
4. AVENA panicula contracta, flosculis binis apice bifidiis, aristatis, dorso arista reflexa. *Læfl.*
Habitat in Hispania.
Gramen vix digiti longitudine; culmi plures ex radice. Folia planiuscula: summum ventricosum latius. Panicula coarctata, crassa. Calyx flosculis longior. Aristæ terminales, setaceæ, longitudine corollarum: dorsalis duplo longior, torta.
5. AVENA calycibus dispermis, feminibus lævibus. *Hort. sativa, cliff. 25. Hort. upj. 20. Mat. med. 38. Roy. lugdb. 65.*
Avena nigra. *Bauh. pin. 23.*
- β. Avena alba. *Bauh. pin. 23.*
Habitat - - -

6. AVE-

- fatua.* 6. AVENA panicula patente, calycibus trifloris, flosculis basi pilosis. *Fl. suec.* 97.
 Avena feminibus hirsutis. *Fl. lapp.* 30. *Roy. lugdb.* 65.
 Festuca utriculis lanugine flavescens. *Bauh pin.* 10.
 Gramen avenaceum, locustis lanugine flavescens.
Scheuch. gram. 239.
Habitat in Europæ agris inter segetes. ☉
- flavescens.* 7. AVENA panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. *Roy. lugdb.* 66.
 Gramen avenaceum pratense elatius, panicula flavescens, locustis parvis. *Raj. angl.* 3. p. 407. *hist.* 1284.
Scheuch. gram. 223.
 Gramen avenaceum, spica sparsa flavescens, locustis parvis. *Morif. hist.* 3. p. 215. f. 8. t. 7. f. 42.
Habitat in Germania, Anglia, Gallia.
- fragilis.* 8. AVENA spicata, flosculis subquaternis calyce longioribus.
 Gramen loliaceum lanuginosum spica fragili articulata. glumis pilosis aristatum. *Scheuch. gram.* 32.
 Gramen loliaceum spurium hirsutum, aristis geniculatis.
Barr. ic. 905. f. 1. 2. 3.
Habitat in Lusitania, Hispania. Læst.
- pratense.* 9. AVENA calycibus quinquefloris, panicula spicata.
 Avena panicula spicata, spiculis cylindricis culmo oppressis. *Guett. stamp.* 1 p. 182.
 Avena spicis erectis, calyce spiculis brevior. *Fl. lapp.* 31. *Fl. suec.* 96.
 Avena calycibus trifloris, panicula nutante, foliis planis. *Gmel. sibir.* 1. p. 129.
 Gramen avenaceum montanum, spica simplici, aristis recurvis. *Raj. angl.* 3. p. 252. t. 21. f. 1. *Scheuch. gram.* 226.
3. Gramen avenaceum glabrum s. potius hirsutum, panicula purpureo-argentea splendens. *Raj. angl.* 3. p. 406. t. 21. f. 2.
Habitat in Europæ pascuis siccis apricis.
- spicata.* 10. AVENA spicata, calycibus spiculis sexfloris longioribus: petalo exteriori apice aristato furcatoque.
Habitat in Pennsylvania.
Gramen angustum; Folia linearia. Spica composita ex spiculis 3 s. 4, remotis, erectis: Spiculæ subpedunculatæ: singulis Calyx diphyllus, subulatus, æqualis, spicula longior; Flosculi 6, sessiles, erecti: Petalo exteriori-

teriore apice bifido in apices duos setaceos, e quorum divisura arista articulata, longitudine spiculae. Facies Festucae decumbentis.

LAGURUS.

1. LAGURUS spica ovata. Hort. cliff. 25. ovato.
 Gramen alopecuroides spica rotundiore. Baub. pin. 4. theatr. 56.
 Gramen spicatum tomentosum longissimis aristis donatum. T. Scheuch. gram. 58
 Habitat in Italia, Gallia, Sicilia, Lusitania. ☉

ARUNDO.

- ARUNDO arbor. Baub. pin. 18. Hort. cliff. 25. Fl. Bamb. zeyl. 47. Roy. lugdb. 67.
 Tabaxir & Mombu arbor. Baub. hist. 1. p. 222.
 Uly Rheed. mal 1. p. 25. t. 16.
 Habitat in India utraque. ♀
- ARUNDO calycibus trifloris, panicula diffusa. Roy. Donnu. lugdb. 66
 Arundo sativa. Virid. cliff. 7. Hort. cliff. 26.
 Arundo sativa, quæ Donax diofcoridis. Baub. pin. 17. theatr. 271.
- β Arundo indica laconica versicolor. Moris. hist. 3. p. 219. f. 8. t. 8. f. 9. Hort. cliff. 26.
 Habitat in Hispania, Galloprovincia.
- 3 ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa. phragmites.
 Roy. lugdb. 66. Gron. virg. 137.
 Arundo panicula laxa, flosculis quinis. Fl. succ. 99.
 Arundo panicula laxa, calycibus subbifloris. Sauv. monsp. 38.
 Arundo vulgaris s. phragmites diofcoridis. Baub. pin. 17. Scheuch. gram. 161.
 Habitat in Europæ lacubus fluviiis. ♀
4. ARUNDO calycibus unifloris, panicula erecta, foliis epigeis. subtus glabris.
 Arundo panicula coarctata erecta integra, foliis inferne glabris. Fl. succ. 101.
 Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula spadiceo viridi, semine papposo. Scheuch. gram. 124.
 Habitat in Europæ collibus aridis. ♀

F

5. ARUN-

- Calamagrostis.* 5. ARUNDO calycibus unifloris, culmo ramoso. *Fl. lapp.* 42. *Fl. suec.* 100. *Roy. lugdb.* 66.
Gramen arundinaceum, panicula molli spadicea, majus. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 94. *Schench. gram.* 122 t. 3. f. 5.
Habitat in Europæ paludibus graminosis. ♀
- avenaria.* 6. ARUNDO calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus.
Arundo foliorum lateribus convolutis acumine pungente. *Fl. lapp.* 43. *Fl. suec.* 102.
Gramen spicatum spicatum, foliis mucronatis longioribus. *Bauh. pin.* 5.
Gramen spicatum fecalinum maritimum maximum, foliis longiore. *T. Schench. gram.* 138.
Habitat in Europa ad maris litora arenosa. ♀

ARISTIDA.

- adscensionis.* 1. ARISTIDA.
Gramen avenaceum, panicula minus sparsa, cujus singula grana tres aristas longissimas habent. *Sloan. jam.* 35. *hist.* 1. p. 16. t. 2. f. 56.
Gramen avenaceum maderaspatanum, panicula sparsa aristis longioribus ornata. *Pluk. alm.* 174. t. 191. f. 3?
Habitat in Insula Adscensionis una ex quatuor istius pauperimæ Floræ plantis, quarum 1. Sberardia fruticosi 2. Euphorbia origanoides, 3. Portulaca. Osbeck. ♀
Habitus Festucæ ovinae, sed paulo major. Radix cespitem constituens. Culmi inferne ramosi. Folia e basi latiore sensim angustata, plano-canaliculata, subulata: Panicula oblonga, distincta glumis corollae univalvibus, filiformibus, longitudinaliter convolutis, triplici aristâ terminatis.

APLUDA.

- mutica.* 1. APLUDA.
Schoënanthus avenaceus procumbens maderaspatanus, bupleuri folio. *P. Schench. gram.* 119?
Habitat in India.
Culmi longissimi, bipedales ♂ ultra, debiles, glabri. geniculis tumidis. Folia longa, plana, lanceolata, petiolata s. versus vaginam attenuata in petiolum. Panicula angusta, parva, e lateribus exiens, e vaginis minorum foliorum uti Lagurus. Flores in nostra omnino mutici, quo a Schenckzeriana differunt.

LOLIUM.

1. LOLIUM spica mutica.

Lolium spicis muticis, radice perenni. *Hort. cliff.* 24. *perenne.*

Fl. suec. 104. *Roy. lugdb.* 69.

Lolium spicis compressis, radice perenni. *Fl. lapp.* 32.

Gramen loliaceum, angustiore folio & spica. *Bauh. pin.*

9: *theatr.* 127. *Scheuch. gram.* 25.

Habitat in Europa ad agrorum versuras solo fertili: ☉

2. LOLIUM spica aristata.

Lolium spicis aristatis, radice annua. *Hort. cliff.* 23. *Fl. comulentum.*

suec. 105. *Roy lugdb.* 69.

Gramen loliaceum, spica longiore, s. Lolium diofcoridis.

Bauh. pin. 9. *theatr.* 121. *Scheuch. gram.* 31.

Habitat in Europæ agris inter Hordeum, Linum. ♀

ELYMUS.

1. ELYMUS foliis mucronato-pungentibus. *It. scan* 336: *arenarius:*

Gen. nov. 1094.

Secale spiculis geminatis. *Fl. suec.* 106.

Triticum foliis acuminatis pungentibus. *Roy. lugdb.* 71.

Gramen caninum maritimum, spica triticea, nostras. *Raj.*

hist. 1256. *Scheuch. gram.* 6.

Habitat ad Europæ litora marina in arena mobili. ♀

2. ELYMUS spica flaccido pendula spiculis binatis. *Hort: Sibiricus:*

ups. 22. * *Gen. nov.* 1094.

Triticum radice perenni, spiculis binis longissime arista-

tis, *Gmel. sibir.* 1: p. 123. t. 28.

Habitat in Sibiria. ♀

3. ELYMUS spica flaccido-pendula, spiculis inferioribus ternatis; superioribus binatis. *Gen. nov.* 1094.

Gramen fecalinum majus altissimum virginianum *Mor-*

ris. hist. 3. p. 150. f. 8. t. 10. f. 2. *Raj. suppl.* 599.

Habitat in Canada. Kaln. ♀

Convenit in plurimis cum E. Sibirico, a quo tamen dif-

fert 1. Spiculis villosis, nec nudis. 2. involucris in a-

ristam exeuntibus longioribus ipsa spicula, demtis aristis;

at in sibirica involucrum minus subulatum, sed fere

lanceolatum in aristam desinens, quae longe brevior

sua spicula. 3. Spicae inferne ternae, quum Sibirica

semper duas obtineat. 4. Spiculae, dum florent, debi-

scunt a scapopatulo, in sibirica vero spiculae approxima-

tae sunt scapo: Variat haec spicis inervis & pendu-

F ♀ lis:

lis. Aristæ corollinæ cum maturefcit fructus patenti-reflexæ sunt contra ac in Sibirica.

- virginicus.* 4. ELYMUS spica erecta, spicula involacro longiore.
Hort. upf. 22.
Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, involucris flosculos crassitie & longitudine superantibus. *Grøn. virg.* 13.
Habitat in Virginia. ♀
- caput medusæ.* 5. ELYMUS spiculis unifloris involucris fetaceis patentissimis.
Elymus involucris reflexo-patentibus. *Gen. nov.* 1094,
Avena lusitanica spicata, caput medusæ referens. *Morif. hist.* 3. p. 210. *Raj. suppl.* 671.
Gramen hordeaceum, spica aristis longissimis circumvallata. *Scheuch. gram.* 20.?
Habitat in Lusitanæ, Hispaniæ maritimis.

SECALE.

- cereale.* 1. SECALE glumarum ciliis scabris. *Hort upf.* 22.
hybernium. Secale hybernium vel majus. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 425.
vernium. β. Secale vernum f. minus. *Bauh. pin.* 23.
Habitat - - - - ⊙
- villosum.* 2. SECALE glumarum ciliis villosis, squamis calycinis cuneiformibus.
Gramen spicatum secalinum, glumis villosis in aristas longissimas desinentibus *Tournef. inst.* 518.
Gramen secalinum maximum. *Park. theatr.* 1144.
β. Gramen creticum spicatum secalinum, glumis ciliaribus. *Tournef. cor.* 39. *Luxb. cent.* 5. p. 21. t. 41.
Habitat in Europa australi, & in oriente.
- orientale.* 3: SECALE glumis hirsutis, squamis calycinis subulatis.
Gramen orientale secalinum, spica brevi & lata. *Tournef. cor.* 39.
Habitat ad Archipelagum.
- creticum.* 4. SECALE glumis extrorsum ciliatis.
Gramen creticum spicatum secalinum altissimum, tuberosa radice. *Tournef. cor.* 39. *Scheuch. gram.* 22.
Habitat in Creta.

HORDEUM.

- valgare.* 1. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis aristatis; ordinibus duobus erectioribus.
Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus corticatis. *Hort. upf.* 22. *Mat. med.* 35. Hor-

- Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis. *Hort. cliff*
24. *Roy. lugab.* 69.
- Hordeum polystichon vernum. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 439.
- β. Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, feminibus *calesce.*
decorticatis. *Hort. upf.* 23.
Habitat - - - - ⊙
3. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, *hexastichen.*
feminibus sexariam æqualiter positis. *Hort. upf.* 23.
Habitat - - - - ⊙
3. HORDEUM flosculis lateralibus masculis muticis, *se-*
minibus angularibus imbricatis. *Hort. upf.* 23
Hordeum distichon. *Bauh. pin.* 22.
- β. Hordeum flosculis lateralibus masculis muticis, femini- *dist.*
bus angularibus imbricatis decorticatis *nudum*
Habitat - - - - ⊙
4. HORDEUM flosculis lateralibus masculis muticis, *se-*
minibus angularibus patentibus corticatis. *Hort. upf.*
23. n. 5.
Zoocriton f. *oryza germanica.* *Bauh. pin.* 22.
Habitat - - - - ⊙
5. HORDEUM flosculis lateralibus masculis aristatis, *minimam.*
Hort. cliff. 24. *Fl. suec.* 107. *Roy. lugab.* 69.
Gramen hordeaceum minus & vulgare. *Bauh. pin.* 8.
theatr. 134. *Scheuch. gram.* 34.
- β. Gramen spicatum fecalinum minus. *Scheuch. gram.*
17. *Vaill. paris.* 83. t. 17. f. 6.
Habitat in Europæ locis ruderatis. ⊙
6. HORDEUM aristis involucriisque setaceis longissimis. *jabatum.*
Habitat in Canada. *Kalm.*
Habitus hordei murrini, sed involucria & aristæ setacæ
quadruplo longiores, quam tota spica, unde singularis fa-
ciæ graminis

TRITICA.

* *Annua.*

1. TRITICUM glumis ventricosis glabris imbricatis *æstivum.*
aristatis. *Hort. upf.* 21.
Triticum radice annua, spica glabra aristata *Hort. cliff.*
24. *Roy. lugdb.* 170.
Triticum æstivum *Bauh. pin.* 21.
Habitat - - - - ⊙

- hybernum.* 2. TRITICUM glumis ventricosis lævibus imbricatis submuticis. *Hort. ups.* 21. *Mat. med.* 36.
Triticum radice annua. spica mutica. *Hort. cliff.* 24.
Roy. lugdb. 70.
Triticum hybernum, aristis carens. *Baub. pin.* 21.
Habitat - - - - ⊙
- turgidum.* 3. TRITICUM glumis ventricosis villosis imbricatis obtusis. *Hort. ups.* 21.
Triticum radice annua, glumis villosis. *Hort. cliff.* 24.
Roy. lugdb. 70.
Triticum spica villosa quadrata brevior & turgidior.
Morif. hist. 3. p. 176. f. 8. t. 1. f. 14.
Habitat - - - - ⊙
- Spelta.* 4. TRITICUM calycibus truncatis quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro, *Hort. ups.* 21.
Hordeum flosculis lateralibus masculis muticis involucro destitutis. *Sauv. monsp.* 39.
Zea dicoccos vel Spelta major. *Baub. pin.* 22. *theatr.* 412. t. 414.
Habitat - - - - ⊙
- monococcum* 5. TRITICUM involucris unifloris, floribus aristatis, spica disticha. *Sauv. monsp.* 39. †
Hordeum distichum spica nitida f. Briza nuncupatum.
Tournef. inst. 513.
Zea Briza dicta f. monococcos germanica. *Baub. pin.* 21.
Briza monococcos dodonæi. *Lob. ic.* 31.
Habitat - - - -
- * *Perennia.*
- repens* 6. TRITICUM calycibus subulatis trifloris acuminatis. Triticum radice repente, foliis viridibus. *Fl. lapp.* 33.
Fl. suec. 105, *Hort. cliff.* 24. *Mat. med.* 37. *Roy. lugdb.* 70.
Gramen caninum arvense f. Gramen dioscoridis. *Baub. pin.* 1. *Scheuch. gram.* 5.
Habitat in Europæ cultis. †
- caninum* 7. TRITICUM calycibus subulatis quadrifloris aristatis.
Gramen caninum non repens clarius, spica aristata. *Morif. hist.* 3. p. 177. f. 8. t. 1. f. 2. *Buxb. cent.* 4. p. 29. t. 50.
Gra-

Gramen loliaceum radice repente f. Gramen officinarum, longioribus arillis donatum. *T. Vaill. parif.* 81. t. 17. f. 2.

Graminis spica triticea repentis vulgaris varietas cum spica aristata. *Scheuch. gram.* 9.

Habitat in Europæ septibus 2

TRIGYNIA.

ERIOCAULON.

1. ERIOCAULON culmo quinquangulari, calyce univertali pentaphyllo. *Fl. zeyl.* 43. *quinquangulare.*

Scabiola graminea nudicaulis, capitulis argenteis f. Statice minima maderaspatana. *Pluk. alm.* 366. t. 221. f. 7.

Habitat in India. 2

2. ERIOCAULON culmo sexangulari, foliis ensiformibus. *Fl. zeyl.* 49. *sexangulare.*

Gramen junceum indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis spiculis in cacumine caulis glomerato. *Pluk. mun.* 48.

Habitat in India. 2

3. ERIOCAULON culmo sexangulari, foliis setaceis. *setaceum.* *t. zeyl.* 50.

Randalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv. topic.* 344

Tiera-kottijelleti-pullu. *Rheed. mal.* 12 p. 129. t. 63.

Habitat in India.

4. ERIOCAULON culmo decangulari, foliis ensiformibus. *decangulare.*

Eriocaulon noveboracense, capitulo albo globoso f.

Globularia americana statices haud absimilis, cauliculis lana atro-nitente refertis. *Pluk. amalth.* t. 409. f. 5

Randalia americana procerior. *Pet. gaz.* t. 6. f. 2.

Globulariæ affinis aquatica, caule tenui aphylo gramineo, capitulis albicantibus parvis globosis, foliis paucis humifratris gramineis. *Gron. virg.* 13.

Habitat in Americæ septentrionalis paludibus.

MONTIA.

1. MONTIA. *Fl. lapp.* 30. *Fl. succ.* 108. *Roy. lugdh. fontana.* 199.

Montia aquatica minor. *Mich. gen.* 18. t. 13. f. 2.

Cameraria arvensis minor. *Dill. giff.* 46

Alfinoïdes annua verna. *Vall. parisi. t. 3. f. 4.*

Alfine palustris, portulacæ aquaticæ similis. *Raj. niji.*
1035 *Pet. herb. t. 10. f. 12.*

Portulaca arvensis. *Bauh. pin. 288.*

Habitat in Europa ad scaturigines. ☉

PROSERPINACA.

palustris. 1. PROSERPINACA. *Acc. npsf. 1741. p. 81*

Trixis. Mitch. E. N, C. 1748. n, 23.

Habitat in Virginie paludibus.

Radix repens. Caulis pedales, terciusculi. Folia alterna, lanceolata, serrata, in petiolos desinentia: demersa f. ima in laciniis lineares pinnatifida. Flores axillares, solitarii. Fructus figura Polygoni.

HOLOSTEUM.

ovatum. 1. HOLOSTEUM foliis subcordatis. *Gen. nov. 1095.*

Alfine foliis subcordatis, stipulis utrinque quaternis
Hort, npsf. 24.

Alfine americana, nummulariæ folio. *Herm. parad. 11.*
t. 11.

Habitat in Jamaica, Surinama.

succulentum 2. HOLOSTEUM foliis ellipticis carnosis. *Gen. nov.*
1095.

Alfine foliis ellipticis succulentis, *Cold. noveb. 9.*

Habitat in Noveboraco.

hirsutum. 3. HOLOSTEUM foliis orbiculatis hirsutis. *Gen. nov.*
1095.

Alfine foliis orbiculatis hirsutis, floribus sessilibus. *Roy.*
msf.

Habitat in Malabar.

umbellatum. 4. HOLOSTEUM floribus umbellatis.

Spergula foliis oppositis, pedunculis umbellatis *Guett.*
stamp. 298. Dalib. paris. 134.

Holosteum caryophyllæum arvense. *Tabern. sc. 233.*

Lychnis graminea hirsuta umbellifera. *Morif. hist. 2.*
p. 546. f. 5. t. 22. f. 46.

Caryophyllus arvensis umbellatus, folio glabro. *Bauh.*
pin. 210.

Caryophyllus arvensis *Bauh. hist. 3. p. 361.*

Habitat in Germaniæ, Galliæ arvis. ☉

MOLLUGO.

1. MOLLUGO foliis oppositis lanceolatis, ramis alter-^{oppositifolia,} nis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Fl. zeyl* 52. *
Habitat in Zeylona.
2. MOLLUGO foliis quaternis obovatis, panicula ^{tetraphylla,} dichotoma. *Hort. cliff* 28. *Roy. lugdb.* 215. *Saur.* monsp. 164.
Anthyllis marina alfinefolia. *Baub. pin.* 282.
Anthyllis alfinefolia polygonoides major, *Barr. rar.* 103. f. 534.
Habitat in Italæ, Narbonæ vineis. ☉
Hinc petala 4, ovata, calyce breviora.
3. MOLLUGO foliis quinis obovatis æqualibus, flori-^{pentaphylla,} bus paniculatis. *Fl. zeyl.* 51.
Alfine ramosa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. t. 8. f. 12.
Habitat in Zeylona.
4. MOLLUGO foliis verticillatis cuneiformibus acutis, ^{verticillatis} caule subdiviso decumbente, pedunculis unifloris. *Hort* spj. 24.
Mollugo foliis sæpius septenis lanceolatis. *Gron. virg.* 14
Alfine Spergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem insidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. t. 332. f. 5.
- β. Mollugo foliis septenis linearibus. *Hort. cliff.* 28.
Alfine procumbens, gallii facie, africana. *Herm. lugdb.* 19. t. 21. *Ehret. pict.* t. 6. f. 3.
Habitat in Africa, Virginia. ☉

MINUARTIA.

MINUARTIA Læff.

*hispanice.**Habitat in Hispania.* ☉

Piantula rigida, dura, tenax, sæpius simplex. Folia opposita, setacea. Flores cymosi in capitulum quadratum, arcte dichotomum, fastigiatum, caule sæpius majus, sessiles. Bractæ setacæ, flore longiores, apice recto. Semina quinque ad octo, subrotunda, reniformia. Color plantæ subsuscus. Læff.

GUEREZIA.

1. GUEREZIA floribus capitatis. *Læff.**hispanice.*

F 5

Ho-

Habitat in Hispania. ☉

Antecedente minor, fragilior. Capitulum florum obsoletius tetragonum, facillime a caule discedens. Bractea setacea, erecta, apice extrorsum hamata, vestibus adhaerentes. Semen 1, compressum, subrotundum. Color plantae albidus. Loxfl. Habitus antecedentis & structura floris eadem; at Semina solitaria & plura constituunt genera diversissima.

- canadensis. 2. GUEREZIA floribus solitariis, caule dichotomo. Mollugo foliis oppositis, stipulis quaternis, caule dichotomo. Gron. virg. 14^p

Habitat in Canada, Virginia. ☉

Radix fibrosa. Caulis strictus; dichotomus, spithameus teres, filiformis, erectus, Herba lini cathartici. Folia opposita, lanceolato-ovata, integerrima, adspersa utrinque punctis fuscis. Stipulae geminae utrinque, acutae, membranaceae. Flores solitarii, subpedunculati, parvi, virides, ex suzula dichotomia. Calyx quinquepartitus: foliolis obtusiusculis, subornicatis Petala nulla. Stamina 3, Antheris flavis. Germin subrotundum. Styli tres Spontanea planta altior caule capillari; culta crassior & foliis minime punctatis.

LECHEA.

- minor. 1. LECHEA foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. Gen. nov. 1074. *
 Capraria foliis integerrimis. Gron. virg. 75.
 Scoparia foliis tenuissimis in plurimos & tenuissimos ramulos divisa & subdivisa. Raj. suppl. 132.
Habitat in Canadæ sylvis glareosis. 2
- major 2. LECHEA foliis ovati-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. Gen. nov. 1074. f. 4. *
Habitat in Canadæ aridis.

Classis IV.

TETRANDRIA
MONOGYNIA.

LEUCADENDRON.

1. LEUCADENDRON foliis setaceis, flosculis disjunctis racemosis. *racemosum.*
Protea foliis setaceis, floribus racemosis. *Hort. cliff.* 496.
Habitat in Æthiopia. †
2. LEUCADENDRON foliis subulatis, ramis determinatis, floribus terminalibus. *proteoides.*
Protea foliis linearibus simplicissimis, ramis determinatis, floribus terminalibus. *Roy. lugdb.* 186.
Habitat ad Caput b. spei. †
Folia conferta. Rami ad determinata spatia conferti, ceterum nulli. Calyces subrotundi, pubescentes.
3. LEUCADENDRON foliis subulatis, ramis sparsis, floribus lateralibus. *cancellatum.*
Lepidocarpodendron foliis angustissimis gramineis, fructu cancellato, femine coronato. *Boerb. lugdb.* 2. p. 193. t. 193.
Habitat ad Caput b. spei. †
4. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus oblongis, calycum squamis summis hirsutis. *Lepidocarpodendron.*
Protea foliis lanceolatis integerrimis glabris, calycinis superne villosis. *Roy. lugdb.* 186.
Lepidocarpodendron foliis angustis longioribus salignis, calycis squamis elegantissime ex flavo fusco albo nigro variegatis, florum plumis atropurpureis. *Boerb. lugdb.* 2. p. 188. t. 188.
5. Protea foliis lanceolatis integerrimis glabris, calycem succingentibus hirsutis. *Roy. prodr.* 188.
Lepidocarpodendron folio saligno viridi: nervo & margine flavo, cono longo superiore parte maxime clauso
Boerb. lugdb. 2, p. 189. t. 189.
Habitat ad Cap. b. spei. †
5. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus oblongis, calycum squamis glabris. *repens.*

Protea caule multifloro, calycibus oblongis, foliis lanceolatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 185.

Lepidocarpodendron foliis angustis brevioribus salignis, calycis squamis elegantissime ex roseo aureo albo atro rubro variegatis, florum plumis albis. *Boerb. lugdb.* 2. p. 187.

β. Leucadendron foliis longissimis obtuse trigonis, longitudine florem superantibus. *Wach. ultraj.* 204.

Protea caule unifloro, calyce oblongo, foliis linearibus longissimis. *Roy. lugdb.* 185.

Lepidocarpodendron foliis longissimis angustissimis, fructum elegantissime ex rubro flavo & albo variegatum succingentibus, radice repente. *Boerb. lugdb.* 2. p. 190. t. 190.

Habitat ad Caput b. spei. ♀

abutilau.

6. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus subrotundis, caule suffrutesco unifloro.

Leucadendron acaulon. *Wach. ultraj.* 204.

Protea caule unifloro, foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 186.

Lepidocarpodendron acaulon, foliis paucis latis, nervo & marginibus rubris ornatis, fructu parvo. *Boerb. lugdb.* 2. p. 191. t. 191.

Habitat ad Caput b. spei. ♀

Scalynaeophalax:

7. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus subrotundis, caule frutesco ramoso.

Lepidocarpodendron acaulon, ramis numerosis e terra excresecens, calyce foris immaturo extus ex rubro & flavo variegato, intus flavo. *Boerb. lugdb.* 2. p. 192. t. 192.

Habitat ad Caput b. spei, in ericetis mont. Tigridis. ♀.

Cinaroides.

8. LEUCADENDRON foliis integris, floribus depressis, corollarum limbis cylindricis.

Leucadendron foliis subrotundis patentissimis petiolatis, foliolis calycinis carinatis. *Wach. ultraj.* 204.

Lepidocarpodendron folio subrotundo rigido, in pedunculo longo crasso, flore maximo purpureo. *Boerb. lugdb.* 2. p. 184. t. 184.

Cinaroides frutex, folio subrotundo rigido, e monte tabulari. *Petiv. mus.* 374.

β. Protea foliis lanceolatis integerrimis, flore patente glabro, stylis longissimis. *Roy. lugdb.* 186.

Habitat ad Caput b. spei in humidis mont. Tabularis. ♀
Variat foliis cordatis, ovatis, lanceolatis.

9. LEUCADENDRON foliis calloso-tricuspidatis involventibus flores laterales. *Cucullatum.*

Leucadendron foliis cuneiformibus apice tridentato-callosis, summis ultra florem protensis. *Wach. ultraj.* 203.

Protea foliis lanceolatis obtusis flores involventibus: apice tridentato-callosis. *Roy. lugdb.* 184.

Hypophyllocarpodendron foliis inferioribus apice trifido rubro; superioribus penitus rubris glabris. *Barb. lugdb.* 2. p. 206. t. 206.

Habitat ad Cap. b. *spei locis uliginosis.* 5

10. LEUCADENDRON foliis calloso-tricuspidatis, calycibus turbinatis nudis. *Hypophyllocarpodendr.*

Leucadendron africana f. Scolymocephalus folio angustiori: apicibus tridentatis. *Pluk. alm.* 212.

Protea foliis lanceolato-linearibus apice tridentato-callosis, capitulis aphyllis. *Roy. lugdb.* 184.

Protea foliis lanceolato-linearibus: apice tridentato-callosis. *Hort. cliff.* 29.

Conocarpodendron folio rigidio angusto: apice tridentato rubro, flore aurantio. *Barb. lugdb.* 2. p. 198. t. 198.

Habitat ad Cap. b. *spei in campis sabulosis.* 5

11. LEUCADENDRON foliis calloso-quinquedentatis. *Conocarpod.*

Leucadendron foliis obverse ovatis oblongis: margine calloso-timbriatis: ad apicem crenatis. *Wach. ultraj.* 203.

Leucadendron africana arbor argentea, summo folio crenato. *Pluk. alm.* 212. t. 200. f. 2.

Protea foliis oblongo-ovatis apice quinquedentato-callosis. *Roy. lugdb.* 184.

Conocarpodendron folio crasso nervo lanuginoso supra crenato ibique limbo rubro, flore aureo, cono facile deciduo. *Barb. lugdb.* 2. p. 196. t. 196.

Scolymocephalus africanus latifolius lanuginosus, foliis in summitate crenatis. *Herm. afr.* 10. *Raj. dendr.* 9.

Habitat in Æthiopia. 5

12. LEUCADENDROS foliis setaceis ramitrifidis. *Cyanoides.*

Protea foliis linearibus ramosis. *Roy. lugdb.* 186.

Cyathus æthiopicus, rigidis capillaceis tenuissimis foliis trifidis. *Pluk. mant.* 61. t. 315. f. 6.

Habitat ad Cap. b. *spei.* 5

13. LEUCADENDROS foliis setaceis multifidis. *Serraria.*

Abrotanoides arboreum monomatapense, floribus in ramulorum cymis. *Pluk. mant.* 1. t. 329. f. 1.

Ser-

Serraria foliis tenuissime divisis, floribus rubris apetalis.
Burm. afr. 264, t. 99. f. 1.

β. Serraria foliis tenuissime divisis, capitulis tomentosis.
Burm. afr. 265. t. 99. f. 2.

γ. Anethifolius frutex africanus, flore sericeo. *Seb. thes.* 2.
t. 43. f. 6.

Habitat in Æthiopia. β

PROTEA.

argentea.

1. PROTEA foliis lanceolatis obliquis acutis sparsis, floralibus verticillatis.

Protea foliis lanceolatis integerrimis hirsutis nitidis.
Hort. cliff. 29.

Leucadendros africana arbor tota argentea sericea, foliis integris. *Pluk. alm.* 212. t. 200 f. 1.

Argyrodendros africana, foliis sericeis & argenteis. *Comm. hort.* 2. p. 51. *Raj. dendr.* 9.

Conocarpodendron foliis argenteis sericis latissimis.
Boerb. lugdb. 2. p. 195. t. 195.

Frutex æthiopicus coniter, foliis cneori lanuginosis salicis æmulis. *Breyn. prodr.* 2. p. 49.

Arbor ferens folia argentea. *Zanon. hist.* 24.

β Protea foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis. *Hort. cliff.* 29.

Protea foliis lineari-lanceolatis integerrimis: superioribus hirsutis nitidis. *Roy. lugdb.* 184.

Globularia africana frutescens, thymelææ folio lanuginoso. *Tournef. inst.* 467.

Frutex æthiopicus conifer, foliis cneori salicis æmulis.
Breyn. cent. 21. t. 9.

γ. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis squamosis: corona foliacea succinctis. *Roy. lugdb.* 185.

Conocarpodendron folio rigido crasso angustio, cono laticis parvo. *Boerb. lugdb.* 2. p. 197. t. 197.

δ. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis ad basin squamosis. *Roy. lugdb.* 185.

Conocarpodendron folio angustio rigido brevi, cono parvo aureo: corona foliacea succincto. *Boerb. lugdb.* 2. p. 200.

ε. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, caule interne radicato. *Roy. lugdb.* 185.

Conocarpodendron folio tenuissimo angustissimo saligno, cono calyculato. *Boerb. lugdb.* 2. p. 203. t. 203.

ζ. Protea foliis lanceolatis acuminatis flexuosis, capitulis corona foliacea succinctis. *Roy. lugdb.* 185.

Cono-

Conocarpodendron folio tenui angusto saligno, cono calyculato corona foliacea succincto. *Boërb. lugdb.* 2. p. 204. t. 204.

Habitat ad Cap. b. spei. ♀

Planta naturalis, in patria. argentea excellit fronde, inter arbores nitidissima omnium; at culta & captiva extra patriam exuit decus; variat dein etjam domi mille modis vere Protea.

1. PROTEA foliis ovatis obtusis imbricatis, capitulis globosis.

Conocarpodendron folio subrotundo brevissimo, capituli imaturi globosi parte inferiore fusca, media aurea, suprema viridi. *Boërb. lugdb.* 2. p. 202. t. 202.

β. Protea foliis oblongo-ovatis lana obvolutis. *Roy. lugdb.* 187.

γ. Chrysanthemum fruticosum, polygoni foliis, africanum, caulibus scabris, flore minore. *Pluk. mant.* 47. t. 3+3. f. 9.

Habitat in Æthiopia. ♀

CEPHALANTHUS.

1. CEPHALANTHUS foliis oppositis. *Fl. zeyl.* 53. *orientalis.*
Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. *Vaill.* a7. 1722. p. 259.

Katu-Tiaca. *Rheed. mal.* 3. p. 29. t. 33.

Habitat in India & Africa. ♀

Capsulas habet linas monospermas; stipulas quibus folia uniuntur, diversas gerit a sequenti. B. jussien.

2. CEPHALANTHUS foliis oppositis ternisque. *Gron. occid. dentatis* virg. 15.

Cephalanthus foliis ternis. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 187.

Scabiola dendroides americana, ternis foliis caulem ambientibus, floribus ochroleucis: *Pluk. alm.* 336. t. 77.

t. 4.

Habitat in America septentrionali. ♀

Capsule nulla. Semina solitaria, longa pyramidata: basi attenuata, angustata, lanuginosa; unilocularia. Receptaculum commune globosum, villosum.

GLOBULARIA.

GLOBULARIA caule fruticoso, foliis lanceolatis tridentatis integrisque. *Roy. lugdb.* 190.

Aly-

Alypum monspeliensium, f. Frutex terribilis. *Bauh. hist.*
1. p. 598. *Nissl. act.* 1712. p. 336. t. 18.

Thymelea foliis acutis, capitulo succifæ. *Bauh. pin.*
473.

Habitat Monspeli $\text{\textcircled{S}}$ in regno Valentino. $\text{\textcircled{b}}$

alsinagaria. 2. GLOBULARIA caule fruticoso, foliis radicalibus
cuneiformibus retusis, caulinis lanceolatis.

Scabiosa alsinagaria f. Globularia frutescens, rigidis fo-
liis ad radicem rotundioribus cordatis. *Pluk. alm.*
336. t. 58 f. 5. *Morif. hist.* 3. p. 51.

Habitat in Bithagariæ sylvis. $\text{\textcircled{z}}$

lgeria. 3. GLOBULARIA caule herbaceo, foliis radicalibus tri-
dentatis; caulinis lanceolatis. *Fl. succ.* 109. it. *act.*
65. * *Dalib. paris.* 43.

Globularia caule folioso, foliis ovatis integerrimis. *Hort.*
cliff. 490. *Roy. lugdb.* 190. *Hall. herb.* 667.

Aphyllanthes anguillare. *Cam. hort.* 18. t. 7.

Bellis cærulea, caule folioso. *Bauh. pin.* 262.

β . Bellis cærulea apula. *Tabern. hist.* 2. p. 709.

γ . Bellis cærulea monspeliaca. *Tabern. hist.* 2. p. 709.

Habitat in Europæ apricis duris. $\text{\textcircled{z}}$

spinosa. 4. GLOBULARIA foliis radicalibus crenato aculeatis,
caulinis integerrimis mucronatis.

Globularia spinosa. *Tournesf. inst.* 476

Bellis cærulea spinosa. *Bauh. pin.* 262.

Bellis spinosa, flore globofo. *Bauh. prodr.* 121

Habitat in Granadæ montibus. $\text{\textcircled{z}}$

cardifolia. 5. GLOBULARIA caule subnudo, foliis cuneiformibus
tricuspidatis: intermedio minimo.

Globularia foliis radicalibus cuneiformibus retusis den-
tatis: denticulo intermedio minimo. *Hort. cliff.* 491.

Roy. lugdb. 190.

Scabiosa, bellidis folio, humilis, caulenudo, radice re-
pente, folio cordato. *Morif. hist.* 3. p. 50. f. 6. t.
15. f. ult.

Bellis cærulea montana frutescens. *Bauh. pin.* 262.

β . Globularia alpina minima, organi folio. *Tournesf. inst.*
467.

Scabiosa, bellidis folio, pyrenaica minima. *Morif. hist.* 3.

p. 51.

Habitat in Pannonia, Austria, Helvetia, Pyrenæis. $\text{\textcircled{z}}$

6. GLOBULARIA caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis.

Globularia pyrenaica, folio oblongo, caule nudo. *Tournef. inst.* 467.

Scabiosa, bellidis folio, humilis, caule nudo, radice non repente. *Morif. hist.* 3. p. 50. f. 6. t. 15. f. 4.

Bellis caerulea, caule nudo. *Bauh. pin.* 262. *Raj. hist.* 381.

Habitat in Pyrenæis & Austriæ montibus. 2
Interdum unicum foliolum in seipo.

7. GLOBULARIA caule subnudo, capitulis alternis sessilibus, folis lanceolato-ovatis integris.

Globularia orientalis, floribus per caulem sparsis. *Tournef. cor.* 35.

Habitat in Natolia. Bibring. 2

Radix perennis. Folia *obverse ovata, in petiolo desinentia, acuta, integra, nuda, plurima. Caulis pedalis, herbaceus, simplicissimus, foliis minimis, lanceolatis, alternis, remotis. Capitula in summitate caulis, 7 ad 10, alterna, sessilia.*

DIPSACUS.

1. DIPSACUS foliis sessilibus ferratis.

fullosum.

Dipsacus foliis connato-perfoliatis, *Hort. ups.* 25. aristis fructus rectis. *Sauv. monsp.* 156.

Dipsacus capitulis florum conicis. *Hort. cliff.* 29. *Gron. virg.* 15. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. paris.* 44.

Dipsacus sylvestris aut Virga Pastoris major. *Bauh. pin.* 385.

Dipsacus sylvestris. *Dod. pempt.* 735.

β. DIPSACUS sativus. *Bauh. pin.* 385. aristis fructus hamatis.

Sauv. monsp. 156.
Habitat in Gallia, Anglia, Italia. 3

2. DIPSACUS foliis connatis sinuatis

laciniatus.

Dipsacus folio laciniato. *Bauh. pin.* 385. *Morif. hist.* 3. p. 158. f. 7. t. 36. f. 4.

Habitat in Asia, Azow. 8

3. DIPSACUS foliis petiolatis appendiculatis. *Hort. ups.* pilosus.

25. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. paris.* 44.
Dipsacus capitulis florum subglobosis. *Hort. cliff.* 30.

Roy. lugdb. 188.
Dipsacus sylvestris, capitulo minore s. Virga Pastoris minor. *Bauh. pin.* 385.

Dipsacus tertius. Dod. pempt. 735.
Habitat in Anglia, Gallia. ♂

SCABIOSA.

* *Corollulis quadrifidis.*

- alpina.* 1. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. *Hort. cliff. 30. Hort. ups. 26. Roy. lugdb. 188.*
 Scabiosa alpina, foliis centaurei majoris. *Bauh. pin. 270.*
 Scabiosa alpina centauroides. *Besl. cyst. æst. 122.*
Habitat in alpebus Helveticis, Italicis. ♀
- transylvanica.* 2. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus calyce brevioribus, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatifidis. *Roy. lugdb. 189. Hort. ups. 26. **
 Scabiosa altissima annua, foliis agrimonie nonnihil similibus. *Herm. lugdb. 539. Moris. hist. 3. p. 46. f. 6. t. 13. f. 13*
Habitat in Transylvania. ☉
- leucantha.* 3. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, squamis calycinis ovatis obtusis, foliis pinnatifidis. *Hort. cliff. 30. Roy. lugdb. 188. Sauv. meth. 241.*
 Scabiosa flore globofo niveo *Bauh. pin. 207.*
 Scabiosa fruticans angustifolia alba. *Bauh. pin. 270.*
- spuria.* β. Scabiosa corollulis quadrifidis æqualibus, squamis calycinis ovatis, foliis lanceolatis serratis.
 Scabiosa africana frutescens, foliis rigidis splendentibus & serratis, flore albicante. *Comm. hort. 2. p. 185. t. 93.*
Habitat in collibus Narbonæ, β. in Africæ. ♀
Differt β. ab antecedente tantum foliis indivisis.
- Succisa.* 4. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff. 30. Fl. succ. 112. Mat. med. 41. Roy. lugdb. 188. Dalib. paris. 45.*
 Succisa glabra. *Bauh. pin. 269.*
 Succisa l. Morsus diaboli. *Cam. epit. 397.*
 β. Succisa hirsuta. *Bauh. pin. 269.*
Habitat in Europæ pascuis humidiusculis. ♀
- Syriaca.* 5. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, calycibus aristatis, caule dichotomo, foliis lanceolatis. *Hort. cliff. 30. Roy. lugdb. 188.*

- Scabiosa fruticans latifolia alba. *Baub. pin.* 269. *Morif. hist.* 3. p. 46. *J.* 6. t. 14. f. 14.
- β. Scabiosa perticæ tolio, flore amethystino. *Vaill. act.* 1722. p. 238.
Habitat in Syria. ☉
6. SCABIOSA corollis quadrifidis, foliis omnibus lance- *integrifolia,*
olatis ferratis. *Sauv. monsp.* 156.
Scabiosa annua integrifolia s. foliis bellidis. *Magn. monsp.*
231. *
Habitat monspeli. ☉
Caulis non hispida; Rami patuli; Calycis squamæ lanceolatae, corollis breviores; Corollæ rubræ. *Sauv.*
7. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, caule *tatarica,*
hispido, foliis lanceolatis pinnatifidis: lobis imbricatis.
Scabiosa flosculis quadrifidis, foliis pinnatifidis: laciniis
lateralibus erectiusculis. *act. ups.* 1744. p. 11. t. 1. *
Scabiosa altissima segetum. *Triumf. Raj. suppl.* 236?
Habitat in Tataria. ☿
8. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, caule *arvensis,*
hispido. *Hort. cliff.* 31. *Fl. suec.* 110. *Mat. med.* 40.
Roy. lugdb. 188. *Dalib. paris.* 44.
Scabiosa major hirsuta. *Baub. pin.* 269.
Scabiosa arvensis. *Tabern hist.* 442,
Scabiosa major communior hirsuta, folio non laciniato.
Baub. hist. 3. p. 2.
Habitat in Europa solo glareoso, juxta segetes inque pratis. ♁
9. SCABIOSA corollulis trifidis, foliis caulinis tripinna- *triandra,*
tis filiformibus. *Sauv. monsp.* 268. †
Scabiosa capitulo globofo, foliis in tenuissimas laciniis
divisis. *Baub. pin.* 271. *Magn. monsp.* 231.
Habitat Monspeli.
- * * *Corollulis quinquefidis.*
10. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis radicalibus *columbaria,*
ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. *Hort. cliff.* 31.
Fl. suec. 111. *It. gozl.* 216. 228. * *Roy. lugdb.* 139.
Dalib. paris. 45. *Sauv. monsp.* 242.
Scabiosa, capitulo globofo, major. *Baub. pin.* 270.
Scabiosa minor. *Cam. epit.* 711.
- β. Scabiosa, capitulo globofo, minor. *Baub. pin.* 270.
Habitat in Europæ montosis, siccioribus.

- stellata.* 11. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis dissectis, receptaculis florum subrotundis. *Hort. cliff.* 31. *
Hort. ups. 26. *Roy. lugdb.* 189.
 Scabiosa stellata, folio laciniato, major. *Bauh. pin.* 271.
 Scabiosa major hispanica. *Clus. hist.* 2. p. 1.
 β. Scabiosa stellata, folio laciniato, minor. *Bauh. pin.* 271.
Habitat in Hispania, præsertim in agro Granatensi ad versuras. ☉
- atropurpurea* 12. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis dissectis, receptaculis florum subulatis. *Hort. cliff.* 31. *Hort. ups.* 26.
 Scabiosa peregrina rubra, capite oblongo. *Bauh. pin.* 270.
 Scabiosa VI. Indica. *Clus. hist.* 2. p. 3.
Habitat in India? ☉
- argentea.* 13. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis pinnatis: laciniis lanceolatis, pedunculis nudis lævibus longissimis. *Roy. lugdb.* 190.
 Scabiosa orientalis argentea, foliis inferioribus incisis. *Tournef. cor.* 34.
 Aterocephalus perennis argenteus laciniatus, caule tenui eburneo. *Vaill. act.* 1722. p. 181.
Habitat in Oriente. ♀
- afriana,* 14. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis incisis, caule fruticoso. *Hort. cliff.* 31. *Roy. lugdb.* 189.
 Scabiosa africana frutescens. *Herm. parad.* 219. t. 219.
 β. Scabiosa africana frutescens maxima, foliis rugosis & crenatis, minor. *Herm. parad.* 220.
 γ. Scabiosa africana frutescens maxima, foliis tenuissime incisis. *Boërb. lugdb.* 1. p. 128.
 δ. Scabiosa minor æthiopica frutescens, foliis lanuginosis. *Breyn. ic.* 33. t. 26.
Habitat in Africa.
- cretica.* 15. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis lanceolatis sub-integerrimis. *Hort. cliff.* 31. *Roy. lugdb.* 169.
 Scabiosa stellata, folio non dissecto. *Bauh. pin.* 271.
Morif. hist. 3. f. 6. t. 15. f. 31.
 β. Scabiosa cretica frutescens, auriculæ ursi folio. *Tournef. cor.* 34.
 Aterocephalus frutescens, leucoji folio longiore angusto. *Vail. act.* 1722. p. 247.
Habitat in Creta & adjacentibus. ♀
- Pterocephala* 16. SCABIOSA corollulis quinquefidis, caule procumbente

bente fruticoso, foliis laciniatis hirsutis, pappo plumoso.

Pterocephalus perennis humilis laciniatus & incanus.

Vaill. act. 1722. p. 184.

Habitat in Græcia?

Caulis vix e terra prominens Scapis brevissimis, unifloris.

17. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis ^{ochroleuca.} bipinnatis linearibus.

Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis superne incis. *Sauv. monsp. 241.*

Scabiosa multifido folio, flore flavescente. *Bauh. pin. 270. Morif. hist. 3. p. 48. f. 6. t. 13. f. 23.*

Scabiosa VII. *Clus. hist. 2. p. 3.*

Habitat in Germaniæ pratis siccis. 2

18. SCABIOSA corollulis quinquefidis, caule herbaceo, ^{papposa.} calycibus foliosis florem superantibus, calyce plumoso. *Roy. lugdb. 189.*

Scabiosa cretica, capitulo pappos mentiente. *Tournef. inst. 34. Boerb. lugdb. 1. p. 130.*

Habitat in Creta.

KNAUTIA.

1. KNAUTIA. *Hort. cliff. 32. Hort. upf. 27. Roy. orientalis. lugdb. 190.*

Lychni Scabiosa, flore rubro, annua. *Boerb. lugdb. 1. p. 133.*

Scabiosa orientalis, caryophylli flore. *Vaill. act. 1722. p. 241.*

Habitat in Oriente. ☉

Conferatur Scabiosa cærulea virginiana, flosculis tetrapetalis caryophyllorum more patulis & laciniatis. *Pluk. alm. 335.*

HEDYOTIS.

1. HEDYOTIS foliis lanceolatis petiolatis, corymbis ter- ^{fruticosa.} minalibus involucratis. *Fl. zeyl. 63. * Amœn. acad. 1. p. 392.*

Valerianella foliis nervosis acutis, flosculis in caulium summo quasi involucratis. *Burm. zeyl. 227. t. 107.*

Habitat in Zeylona. ♀

2. HEDYOTIS foliis lanceolato-ovatis, floribus verticil- ^{Auricularia.} latis. *Fl. zeyl. 64. * Mat. med. 47. Amœn. acad. 1. p. 391.*

Valerianella palustris, foliis nervosis oblongis, flosculis ad caulium nodos inter foliorum sinus collectis. *Burm. zeyl.* 227. t. 108. f. 1.

Muriguti. *Rheed. mal.* 10. p. 63. t. 32.

Habitat in Zeylona. 2

- herbacea.* 3. HEDYOTIS foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Fl. zeyl.* 65 *
Habitat in Zeylona.

SPERMACOCE.

- tenuior.* 1. SPERMACOCE glabra, staminibus inclusis.
Spermacoce verticillis tenuioribus. *Dill. elth.* 370. t. 227. f. 359
Spermacoce. *Roy. lugdb.* 258.
Anonymos americana, foliis parietariæ scabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conspicuis. *Pluk. alm.* 33. t. 136. f. 4.
Habitat in Carolina. ☉

- verticillata.* 2. SPERMACOCE glabra, staminibus exstantibus.
Spermacoce verticillis globosis. *Dill. elth.* 369. t. 276. f. 358. *Hort. cliff.* 33.
Scabiosa jamaicensis hystopifolia. *Pluk. alm.* 326. t. 58. f. 64
Pulegium fruticosum erectum, verticillis densissimis.
Sloan. jam. 64. *hist.* 1. p. 170?
Habitat in Jamaica. Africa.

- hispida.* 3. SPERMACOCE hispida, foliis oppositis obovatis. *Fl. zeyl.* 62. *
Galeopsis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm. zeyl.* 163. t. 20. f. 3.
Habitat in Zeylona, 2

SHERARDIA.

- arvensis.* 1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus.
Sherardia. *Dill. gen.* 96. *Hort. cliff.* 33. *Fl. suec.* 113. *Roy. lugdb.* 257. *Hall. belw.* 456. *Dalib. paris.* 46.
Rubcola arvensis repens caerulea. *Bauh. pin.* 334. *prod.* 145.
Rubia parva. flore caeruleo se spargens. *Bauh. hist.* 2. p. 719.
Habitat in arvis Scaniae, Germaniae, Angliae. ☉

2. SHE-

2. SHERARDIA foliis floralibus binis oppositis binis flori-
ribus. *muratis*.
Asperula verticillata luteola. *Bauh. pin.* 334.
Asperula verticillata muralis minima. *Columb. ecphr.*
302. t. 300.
Habitat in Italia. ☉
3. SHERARDIA foliis quaternis æqualibus, caule fruti-
coso. *fruticosa*.
Habitat in insula Adscensionis. Osbeck, t
Frutex torosus, inequalis, scaber, Ramis obtuse tetrago-
nis. Folia quaterna, angustolanceolata, integerrima,
glabra, marginibus revoluta, articulis ramorum paulo
longiora, interstincta Stipulis brevissimis, subulatis. Flo-
res oppositi, sessiles, axillares. Calyx tetraphyllus, ger-
mini innatus, persistens foliolis lanceolatis. Corolla
infundibuliformis, quadrifida, alba, longitudine ger-
minis. Antheræ quatuor, oblongæ. Pericarpium dicoc-
cum. Clinopodium africanum procumbens psyllii
foliis. *Pluk. mant.* 51. t. 344. f. 3. *denta hirsutie*
& *dentibus foliorum, nostram refert.*

ASPERULA.

1. ASPERULA foliis cætonis lanceolatis, norum fasci-
culis pedunculatis. *odorata*. *Fl. juec.* 114. *Mat. med.* 45. *Dal-*
lib. paris. 46.
Asperula foliis pluribus, floribus pedunculo elevatis. *Hort.*
cliff. 33. *Roy. lugdb.* 255.
Asperula l. Rubeola montana odorata. *Bauh. pin.* 334.
Habitat in Sveciæ, Germaniæ umbrosis. &
2. ASPERULA foliis senis, floribus sessilibus aggregatis
terminalibus. *arvensis*. *Hort. upf.* 27.
Asperula foliis pluribus, floribus sessilibus. *Hort. cliff.*
33. *Roy. lugdb.* 255. *Dalib. paris.* 47.
Asperula cærulea arvensis *Bauh. pin.* 334.
Asperula cærulea. *Dod. penapt.* 355.
Habitat in Gallia, Flandria, Germania, Anglia. ☉
3. ASPERULA foliis quaternis ovato-lanceolatis, flo-
ribus fasciculatis terminalibus. *taurina*.
Asperula foliis quaternis ovato-lanceolatis, ramis alter-
nis. *Hort. cliff.* 33. *Virid. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 255.
Hall. belv. 457. *Sauv. monsp.* 164.
Rubia quadrifolia & latifolia levis. *Bauh. pin.* 334. *Mor-*
rif. hist. 3. f. 9. t. 21. f. 1.
Habitat in alpibus Helvetiæ, Italiæ, &

- caucasia.* 4. ASPERULA foliis linearibus: inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis.
 Asperula foliis quaternis linearibus, floribus sæpius trifidis. *Fl. suec.* 115. *Sauv. monsp.* 163.
 Rubeola quadrifolia, caule ramolo flaccido, floribus trifidis. *Hall. rapp.* 8.
 Gallium album tripetalum. *Morif. prælud.* 267. *Dalib. parif.* 49.
 Gallium album 3. *Tabern. hist.* 433. t. 733. f. 1. bona.
Habitat in Sueciæ, Tyingiæ, Galliæ, Sibirix collibus aridis saxosis. 2
- pyrenaica.* 5. ASPERULA foliis quaternis lanceolato-linearibus caule erecto, floribus sæpius trifidis.
 Rubia cynanchica saxatilis. *Bauh. pin.* 333. *prodr.* 146. *Berf. XI.* 9.
Habitat in Pyrenæis versus Hispaniam & prope Valentiam Gallorum. 2
 Caules erecti, spithamei, quadrangulares. Folia omnia in caule quaterna, linearia, carinata, acuta, levio; inferiora etiam quaterna, sed breviora lanceolata obtusiora, folia summa & floralia opposita, latiora, acuta, lanceolata. Flores tubulosi, rubri, sæpius trifidi. 2
- cynanchica.* 6. ASPERULA foliis inferioribus senis, intermediis quaternis subulatis triquetris, floribus quadrifidis.
 Asperula foliis linearibus quaternis, summis oppositis. *Ray lugdb.* 255. *Sauv. monsp.* 163.
 Rubeola foliis quaternis, seminibus glabris, floribus umbellatis. *Hall. belv.* 458.
 Rubia cynanchica. *Bauh. pin.* 333. *Bauh. hist.* 3. p. 723.
 Gallium montanum latifolium cruciatum. *Cel. ecpbr.* 1. p. 296. t. 297. f. 1.
 Gallium album minus. *Tabern. hist.* 433. t. 433. f. 2.
Habitat in Europæ pratis aridis. 2

DIODIA.

- virginiana.* 1. DIODIA. *Hort. cliff.* 493. * *Gron. virg.* 71.
Habitat in Virginia aquosis.

KNOXIA.

- zeylanica.* 1. KNOXIA. *Fl. zeyl.* 400.
 Dentellaria zeylanica, flore minimo, antirrhini folio.
Raj. suppl. 246.
Habitat in Zeylona supra truncos arborum putidarum.
 I. HOU-

HOUSTONIA.

1. HOUSTONIA foliis radicalibus ovatis, caule com- *ca nlea,*
posito, floribus solitariis. *Green. virg. 15.*
Houstonia. Hort. cliff. 35.
Rubia parva virginiana, foliis ad genicula binis, flore
cæruleo fistuloso. *Pluk. alm. 324. mant. 164.*
Paronychiæ facie planta tetrapetaloides virginiana, flore
cæruleo. *Morif. hist. 3. p. 614. f. 15. t. 4. j. 1.*
- β. Chamejasine inodora, alines facie, dispermos tetrapeta-
loides, quadrato caule, virginiana. *Pluk. alm. 97.*
mant. 45. t. 97. f. 9. Raj. suppl. 502.
Habitat in Virginia.
2. HOUSTONIA foliis ovato-lanceolatis, corymbis *purpurea.*
terminalibus *Green. virg. 15*
Rubia mariana, alines majoris folio ad caulem binato,
flore purpuro-rubente. *Pluk. mant. 164. Raj. suppl.*
262.
Habitat in Virginia.

GALIUM.

* *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis quaternis lanceolato-ovatis æqualibus *rubroides,*
subtus scabris, caule erecto fructibus glabris.
Habitat in Europa australi. D. Bæck.
Facies Galii borealis, sed folia duplo latiora, nervis
subtus scabra, Caulis firmus erectus. Panicula bre-
vis, conglomerata. Semina levia.
2. GALIUM foliis quaternis obovatis inæqualibus, cau- *palustre,*
libus diffusis. *Fl. succ. 119.*
Galium caulibus diffusis, foliis quaternis verticillatis. *Fl.*
lapo. 52.
Galium palustre album. *Bauh. pin. 335.*
Habitat in Europæ reuulis limosis. L.
3. GALIUM foliis quaternis linearibus obtusis, ramis *bermudense.*
rimotissimis.
Aparine foliis quaternis obtusis lævibus. *Green. virg. 16.*
Rubia tetraphylla glabra, latiore folio. bermudensis,
feminibus binis atropurpureis *Pluk. alm. 324. t. 248.*
Raj. suppl. 201.
Habitat in Virginia.
4. GALIUM foliis quaternis linearibus, caule procum- *trijulum,*
bente scabro, corollis trifidis.

Habitat in Canada. Kalm.

Caulis procumbens, ramosissimus, Ramis ternis quaternisve, divaricatis. Folia linearia, obtusa, latiuscula, glabra, subtus parum scabra. Pedunculi sæpius terni, tenuissimi, foliorum longitudine, uniflori; Flores minimi, albi, tripartiti. Stamina tria; Fructus didymus, globosus, lævis.

- strictiorum.* 5. GALIUM foliis linearibus: caulinis senis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunculis subbifloris, fructibus glabris.

Habitat in America septentrionali. Kalm.

- vilginosum.* 6. GALIUM foliis senis lanceolatis retrorsum ferrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis rigidis, corollis fructu majoribus, *Roy. lugdb.* 255. *Fl. suec.* 121. Aparine minor palustris parisiensis, flore albo. *Tournef. inst.* 114. *Vaill. paris.* 14. *Fl. lapp.* 58.

Habitat in Europæ pascuis aquosis sterilibus. 2

- apertum.* 7. GALIUM foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *Hort. ups.* 28. *

Aparine semine læviore. *Raj. hist.* 484.

Aparine foliis crebrioribus & semine læviore. *Morif. hist.* 3. p. 352.

Habitat in Europæ cultis. ☉

- saxatile.* 8. GALIUM foliis senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente.

Gallium caule ramosissimo, foliis quinis obverse ovatis. *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 257.

Gallium saxatile supinum, molliore folio. *Juss. act.* 1714. p. 492. t. 15.

Habitat in Hispaniæ maritimis lapidosis.

- minimum.* 9. GALIUM foliis octonis lanceolatis mucronatis serrato-aculeatis glabris incurvis.

Gallium foliis senis cuneiformi-lanceolatis mucronatis glabris. *Hort. ups.* 28. *

Gallium saxatile minimum supinum & pumilum, flore luteo. *Tournef. inst.* 1152.

Habitat in imperio Ruthenico. 2

- pubellum.* 10 GALIUM foliis octonis hispidis linearibus acuminatis subimbricatis, pedunculis dichotomis.

Rubcola

Rubeola saxatilis. *Baub. pin.* 334. *prodr.* 145.

Habitat in montibus Galloprovinciæ.

Caules numerosi, digitales, angulati; Folia verticillata foliolis 8. s. 6, lanceolato-linearibus vel linearibus, acutis, uti caulis undique pilis patentibus hispida. Rami rariores, alterni; Foliorum verticilli sæpe ita conferti, ut folia imbricatim digesta conspiciantur. Panicula rarior, fere terminalis ex pedunculis bis dichotomis.

11. GALIUM foliis octonis linearibus sulcatis, ramis *verum*, floriferis brevibus. *Hort. cliff.* 34. *Fl. suec.* 116, *Mat. med.* 46. *Roy. lugdb.* 256.

Galium caule erecto, foliis plurimis verticillatis linearibus, Fl. lapp. 61.

Gallium luteum. *Baub. pin.* 335.

Habitat in Europa frequens. ♀

12. GALIUM foliis octonis ovatis linearibus subferratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *mollugo.*

Galium foliis pluribus acutis, caule flaccido, ramis patentissimis. Hort. cliff. 34. *Roy. lugdb.* 257. *Fl. suec.* 117.

Mollugo montana latifolia ramosa. Baub. pin. 334.

Rubia sylvestris lævis. Baub. pin. 333.

Mollugo belgarum, Lob. ic. 802.

Habitat in Europa mediterranea. ♀

13. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis summo caule floriferis. *glaucom.* *Roy. lugdb.* 256. *Hort. upf.* 27. *Sauv. monsp.* 161.

Gallium saxatile, glauco folio, Bocc. mus. 2. p. 172. r. 116.

Rubia montana angustifolia. Baub. pin. 333. *prodr.* 145.

Habitat in Tataria, Helvetia, Austria, Monspelii. ♀

14. GALIUM foliis verticillatis lineari-fetaceis, pedunculis folio longioribus. *purpureum.* *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 256.

Gallium nigropurpureum montanum tenuifolium. Col. ecephr. 1. p. 298. *Baub. pin.* 335.

Habitat in Italia.

15. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis brevissimis. *rubrum.* *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 256.

Gallium rubrum. Baub. pin. 335. *Morij. hist.* 3. p. 332.

Gallium

Gallium rubro flore. *Clus. hist. 2. p. 175.*
Habitat in Italia.

* *Fructu hispido.*

- tozele.* 16. GALIUM foliis quaternis lanceolatis trinerviis
 glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Fl. lapp*
60. Fl. suec. 118. Hort. cliff. 64. Roy. lugdb. 257
Hall. herb. 450.
Rubia pratensis lævis, acuto folio. Bauh. pin. 333.
prodr. 145.
Habitat in Europæ borealis pratis. 2
- scabram.* 17. GALIUM foliis quaternis ovatis aculeato-ciliatis,
 seminibus hispidis.
Rubia femine duplici hispido, latis & hirsutis foliis.
Bocon. Moris. hist. 3. p. 329. f. 9. t. 21. f. 5.
Habitat in Europa australi. 2
- rotundifol.* 18. GALIUM foliis quaternis ovatis lævibus obtusis,
 panicula dichotoma, seminibus hispidis.
Rubia quadrifolia f. rotundifolia lævis. Bauh. pin. 334.
prodr. 145.
Rubia quadrifolia, femine duplici hispido. Bauh. hist.
3. p. 718. Moris. hist. 3. f. 9. t. 21. f. 4.
Habitat in alpibus Helvetiæ, Styriæ. 2
- Aparina.* 19. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis sca-
 bris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu
 hispido.
Aparine foliis lanceolatis acuminatis scaberrimis, corol-
lis fructu minoribus. Roy. lugdb. 455. Fl. suec. 120.
Aparine foliis lanceolatis. Hort. cliff. 34.
Aparine vulgaris. Bauh. pin. 334.
Habitat in Europæ cultis & ruderatis. ☉
- parisense.* 20. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis
 bifidis, fructibus hispidis.
Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis flaccidis, co-
rollis fructu minoribus. Roy. lugdb. 255.
Aparine minima. Raj. angl. 3 p. 225. t. 9. f. 1.
Gallium parisense tenuifolium, flore atropurpureo. Tour-
nef. iust. 664.
Habitat in Anglia, Gallia. 2

CRUCIANELLA.

- angustifolia.* 1. CRUCIANELLA erecta, foliis senis linearibus. *Hort.*
*ups. 27. * Sauv. monsp. 164.*

Cru-

Crucianella foliis linearibus. *Hort. cliff.* 32.

Rubia angustifolia spicata. *Bauh. pin.* 334 *prodr.* 145.

Habitat Monspeli. ☉

2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis lanceolatis, floribus spicatis. *Hort. ups.* 27. * *Sauv. monsp.* 164.

Crucianella foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 33.

Rubia latifolia spicata. *Bauh. pin.* 334.

Habitat, in Creta & Monspeli. ☉

3. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis, floribus subverticillatis, *floribus maritima*.

Crucianella erecta, foliis quaternis, corolla ad solem connivente. *Sauv. monsp.* 164.

Rubia maritima. *Bauh. pin.* 334. *Dod. pempt.* 357.

Rubia f. Aparine spicata cretentis *Clus. hist.* 2. p. 176

Habitat in Creta & Monspeli. *D. Sauvages.*

4. CRUCIANELLA repens, foliis senis, spicis longis, *monspeliaca*, *Sauv. monsp.* 225.

Rubia spicata repens. *Magn. monsp.* 225.

Habitat Monspeli.

RUBIA.

1. RUBIA foliis senis. *Hort. cliff.* 35. *Hort. ups.* 28. *tinctorum*, *Mat. med.* 44. *Roy. lugdb.* 254.

Rubia perennis, foliis sæpius quinis. *Sauv. monsp.* 161.

Rubia sylvestris aspera. *Bauh. pin.* 33.

- β. Rubia tinctorum fativa. *Bauh. pin.* 33.

Habitat Monspeli & ad Danubium. 2

2. RUBIA foliis quaternis. *Roy. lugdb.* 254.

Rubia quadrifolia asperrima lucida peregrina. *Herm. lugdb.* *peregrina*,

523.

Habitat - - - 2

SIPHONANTHUS.

1. SIPHONANTHUS falicis folio, flore flavescente, *indica*.

Amm. ruth. 1736. p. 214. t. 15.

Habitat in India. 5

Folia alterna, lanceolata; Pedunculi sæpe e regione oppositi folii, umbellati.

CATESBÆA.

1. CATESBÆA

spinosa.

Frutex

Frutex spinosus, buxi foliis plurimis simul nascentibus, flore tetrapetaloide pendulo fordide flavo tubo longissimo, fructu ovali croceo semina parva continente.

Catesb. carol. 2. p. 100. t. 100.

Habitat in Providentia. ♪

IXORA.

- coccinea.* 1. IXORA foliis ovalibus semiamplexicaulibus. *Fl. zeyl.* 22.
 Jasminum flore tetrapetalo, IXORA linnæi, Schetti horti malab. *Burm. zeyl.* 125. t. 57.
 Jasminum indicum, lauri folio, inodorum umbellatum, floribus coccineis. *Pluk, alm.* 196. t. 59. f. 9.
 Schetti. *Rheed. mal.* 2. p. 17. t. 13.
Habitat in India. ♪
- alba.* 2. IXORA foliis ovato-lanceolatis.
 Jasminum indicum, lauri folio, inodorum umbellatum, floribus albicantibus & Schetti album. *Pluk. alm.* 196. t. 109. f. 2.
 Bemschetti. *Rheed. mal.* 2. p. 19. t. 14.
Habitat in India. ♪

SCURRULA.

- parasitica.* 1. SCURRULA.
 Viscum vitici innascens. *Camell. lux.* 3. n. 36. *Pet. gaz.* t. 63. f. 8.
Habitat in China. ♪
Arbor. Folia opposita, petiolata, ovata, integerrima, altero latere paulo latiora, glabra. Flores axillares, 3 ad 6, propriis pedicellis. Germina inferne attenuata.

PAVETTA.

- indica.* 1. PAVETTA. *Fl. zeyl.* 56. * *Amœn. acad.* 1. p. 388.
 Arbor malabariensium, fructu lentisici. *Bauh. pin.* 399.
 Pavate. *Raj. hist.* 1581.
 Pavetta f. Malleomorthe. *Rheed. mal.* 5. p. 19. t. 10.
Habitat in India. ♪
 Corymbi trichotomi, fastigiati, pedunculo filiformi longo insidentes. Stigma oblongum, bifidum.

AVICENNIA.

- officinalis.* 1. AVICENNIA. *Fl. zeyl.* 57. *Mat. med.* 42.
 Anacardium. *Bauh. pin.* 511.

Oepata

Ocypata. *Rheed. mal.* 4. p. 95. t. 45.
Habitat in India. †

MITCHELLA.

1. MITCHELLA. *Gen. nov.* 1083.

reperio.

Chamædaphne, Mitch. gen. 27.

Lonicera foliis subovatis, germine bifloro, corollis interne hirsutis, stylo bifido, *Gron. virg.* 22.

Syringa baccifera, myrti subrotundis foliis, floribus albis gemellis. *Pluk. amalth.* 198. t. 444. f. 2. *Catesb. corol.* 1. p. 20. t. 20.

Baccifera mariana, clematis daphnoides minori folio. *Pet. gaz.* 1. t. 1. f. 13.

Habitat in Carolina, Terra Mariana, Virginia. †

CALLICARPA.

1. CALLICARPA. *Act. upf.* 1741. p. 80.

americana,

Sphondylococcus. Mitch. E. N. C. 8. p. 218.

Anonymos baccifera verticillata, folio molli & incano, ex America. *Pluk. alm.* 33. t. 136. f. 3.

Frutex baccifer verticillatus, foliis scabris latis dentatis & conjugatis. *Catesb. carol.* 2. p. 47. t. 47.

Frutex foliis amplis subrotundis acuminatis ex adverso binis, viminibus lentis infirmis quasi leni canitie testis. *Gron. virg.* 138.

Habitat in Virginia, Carolina. †

POLYPREMUM.

1. POLYPREMUM. *Act. upf.* 1741. p. 78.

procumbens,

Linum carolinianum. *Pet. gaz.* 9. t. 5. f. 6.

Habitat in Carolina, Virginia. ☉

PENÆA.

1. PENÆA foliis ovatis planis.

Tithymali myrtinitis specie arbuscula æthiopica, subrotundis foliis e stœchadis arabicæ squamato capitulo duro lacrymam fundens. *Pluk. mant.* 183. t. 44.

Habitat in Æthiopia. †

Folia obtusiuscula; Corollæ obtuse, Calyx intermedio flori nullus; Stylus magis subulatus quam in reliquis.

2. PENÆA foliis cordatis acuminatis. *Mat. med.* 48. uncinata.

Penæa foliis ovatis acuminatis. *Roy. lugdb.* 399.

Penæa. Hort. cliff. 37.

Erica

Erica africana, unedonis flore ample, foliis cordiformibus in acumen definentibus. *Raj. dendr.* 97.

Tithymali myrsinitis specie arbulcula æthiopica, flore parvo e lata basi in acutissimum mucronem subito deficiente, capitulis origani. *Pluk. mant.* 183.

Habitat in Æthiopia. ♪

Synanthesa.

3. *PENÆA* foliis rhombæo-cuneiformibus carnosis.

Habitat in Æthiopia

Hæc reliquis minor; Corolla (ut in præcedente) acuta.

Folia parte dimidia superiore patula.

BLÆRIA.

ericoides.

1. *BLÆRIA* *Hort. cliff.* 49.

Erica carnea, promontorii bonæ spei, foliis & floribus villosis. *Pet. gaz. t. 2. f.* 10.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

BUDDLEJA.

americana.

1. *BUDDLEJA.* *Amm. herb.* 577. *Hort. cliff.* 35.

Ophioxylon americanum, foliis oblongis mucronatis leviter serratis bardanæ iustar subtus lanuginosis. *Pluk. alm.* 270. *t. 210. f.* 1.

Verbasci folio minore arbor, floribus spicatis luteis, seminibus singulis oblongis in singulis vasculis ficcis.

Sloan. jam. 139. *hist.* 2. *p.* 29. *f.* 1. *Raj. dendr.* 97.

Habitat in Caribæis ad ripas & torrentes.

EXACUM.

sessile.

1. *EXACUM* floribus sessilibus. *Fl. zeyl.* 25. *

Exacum. *Aman. acad.* 1. *p.* 391. *

Planta annua, facie centaurii æthiopici. *Pluk. pbyt.* 275. *f.* 3.

Habitat in Asia & Africa.

pedunculat.

2. *EXACUM* floribus pedunculatis.

Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. *Pluk. mant.* 43. *t.* 343. *f.* 3

Habitat in India. ☉

PLANTAGO.

* *Scapo nudo*

major.

1. *PLANTAGO* foliis ovatis glabris, nudo scapo tereti, spica strobiliformi imbricatis.

Plantago foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 43. *Fl. suec.*

122. *Mat. med.* 49. *Roy. lugdb.* 401. *Hall. belv.* 470.

Dalib. paris. 50.

Plantago scapo spicato, foliis ovatis. Fl. lapp. 62.

Plantago latifolia sinuata. Bauh. pin. 189.

Plantago major. Cam. epit. 261.

β. *Plantago latifolia glabra minor. Bauh. pin.* 189.

γ. *Plantago latifolia rosea, floribus quasi in spica dispositis. Bauh. pin.* 189. *Hort. ups.* 29.

δ. *Plantago latifolia rosea, flore expanso. Bauh. pin.* 189.

ε. *Plantago latifolia, spica multiplici sparfa. Bauh. pin.* 189.

Habitat in Europa ad vias. 2

2. PLANTAGO foliis ovatis glabris, scapo angulato; *asiatica*, spica flosculis distinctis.

Habitat in China, Sibiria.

Planta ita refert P. majorem, ut quivis facile eandem diceret. At differt Spica longiore, floribus remotis & distantibus, Foliis sæpius basi subdentatis, Scapo angulato.

3. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, *media*, spica cylindrica, scapo tereti. *Hort. cliff.* 36. *Fl. suec.* 123, *Roy. lugdb.* 401. *Hall. belv.* 472. *Dalib. paris.* 50.

Plantago latifolia incana. Bauh. pin. 189.

Plantago major incana. Clus. hist. 2. p. 109.

β. *Plantago latifolia hirsuta minor. Bauh. pin.* 189.

Plantago latifolia incana, spicis variis. Bauh. pin. 189.

Moris. hist. 3. f. 8. t. 15. f. 9.

Habitat in Europæ pascuis sterilibus apricis argillosis. 2

4. PLANTAGO foliis lanceolato-ovatis pubescentibus *virginica*, subdenticulatis, spicis laxis pubescentibus, scapo angulato. *Gron. virg.* 16.

Plantago media incana virginiana, ferratis foliis, annua.

Moris. hist. 3. p. 259. f. 8. t. 15. f. 8.

Plantago virginiana, pilotellæ foliis angustis, radice turbinata. Pluk. atm. 298.

Plantago myosotis s. trinervia hirsuta carolina. Raj. hist. 2. p. 1889.

Habitat in Virginia.

5. PLANTAGO foliis lanceolatis, spica subovata nuda, *lanceolata*, scapo angulato, *Vir. cliff.* 9. *Hort. cliff.* 36. *Roy. lugdb.* 401. *Hall. belv.* 471. *Dalib. paris.* 50.

Plantago angustifolia major. Bauh. pin. 189.

Plantago minor. Dod. pempt. 102

- β. *Plantago trinervia*, folio angustissimo. *Bauh. pin.* 189.
prodr. 98.
- γ. *Plantago angustifolia major*, caulium summitate foliosa.
Bauh. pin. 189.
Habitat in Europæ campis sterilibus. 2
- lagopus.* 6. **PLANTAGO** foliis lanceolatis, spica ovata hirsuta, scapo angulato.
Plantago angustifolia, paniculis lagopi. *Bauh. pin.* 189.
prodr. 98. *Morif. hist.* 3. f. 8. t. 16. f. 13.
Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Lusitania.
Bractea s. squame in spica sunt densissimo tomentoso-hirsuta; Basis foliorum pilosa.
- albicans.* 7. **PLANTAGO** foliis lineari-lanceolatis hirsutis, spica cylindrica erecta, scapo tereti foliis longiore.
Plantago foliis lanceolato-linearibus, scapo longitudine foliorum, spica oblonga. *Hort. cliff.* 37. *Roy. lugdb.* 401.
Plantago foliis lanceolato-linearibus, scapo foliis duplo longiore, spica oblonga. *Sauv. monsp.* 26.
Holosteum hirsutum albicans majus. *Bauh. pin.* 190.
Holosteum salmanticense majus. *Clus. hist.* 2. p. 110.
 β. *Holosteum hirsutum albicans minus.* *Bauh. pin.* 190.
Habitat in Hispaniæ & Narbonæ aridis.
- alpina.* 8. **PLANTAGO** foliis linearibus planis hirsutis, spica oblonga erecta.
Plantago foliis linearibus, spica oblonga. *Hall. helv.* 471.
Holosteum hirsutum nigricans. *Bauh. pin.* 190.
Habitat in Helvetiæ alpinis.
- cretica.* 9. **PLANTAGO** foliis linearibus, scapo brevissimo lanato nutante, spica subrotunda, scapo tereti. *Hort. cliff.* 56. *Roy. lugdb.* 401.
Holosteum s. Leontopodium creticum. *Bauh. pin.* 190.
Leontopodium creticum. *Clus. hist.* 2. p. 11.
Habitat in Creta.
- maritima.* 10. **PLANTAGO** foliis semicylindraceis integerrimis: basi lanatis, scapo tereti. *Fl. grec.* 127.
Plantago scapo spicato, foliis linearibus subtus convexis. *Fl. lapp.* 63. *Lob. conf.* 163.
Coronopus maritimus major. *Bauh. pin.* 190.
Habitat in littoribus marinis Europæ borealis.
Basis foliorum pilosa est, unde affinitas summa specierum

6. 7. 8. 9. 11. *sed quæ vis naturæ efficeret tam varia?
an locus; an copula.*

11. PLANTAGO foliis subulatis triquetris rigidis, scapo *subulata*, tereti. Roy. lugdb. 402.
Plantago foliis triangulari-prismaticis. Guett. stamp. 2. p. 428.
Holoiteum, strictissimo folio, minus. Baub. pin. 191.
Serpentina omnium minima. Lob. ic. 439.
β. Holoiteum massiliense. Baub. pin. 190.
Habitat in maritimis Mediterranei arenosis.
12. PLANTAGO foliis linearibus dentatis, scapo tereti. *Coronopus*,
Plantago foliis linearibus pinnato-dentatis. Hort. cliff. 37. Fl. suec. 126. Roy. lugab. 401. Dalib. paris. 50.
Coronopus sylvestris hirsutior. Baub. pin. 190. 2
Herba stella. f. Cornu Cervinum. Dod. pempt. 109.
β. Coronopus hortensis. Baub. pin. 190.
Habitat in Europæ glaucosis.
13. PLANTAGO foliis linearibus subdentatis, scapo te- *15singii*,
reti, spica ovata: bracteis carinatis membranaceis. Læff.
Habitat in Hispanie collibus agrorumque marginibus. ☉
Differt a P. Coronopo quod sit minor & præcocior;
spica ovata, ejus vero longa. Floribus raris imbricatis;
bracteis glabris navicularibus; ejus vero subulatis
angustissimis pubescentibus. Staminibus brevioribus.
Calcis foliolis acutioribus; colore corollæ magis fusco.
Foliis linearibus, nec lanceolatis, parce dentatis. Scap-
us pilosus est. Læff.
14. PLANTAGO scapo unifloro. Fl. lapp. 64. Fl. suec. uniflora,
128. Dalib. paris. 50.
Plantago floribus femineis sessilibus ad exortum scapi u-
niflori natis. Juss. art. 1742. p. 131. t. 7. Guett.
stamp. 2. p. 26.
Gramen junceum, capitulis quatuor longissimis filamen-
tis donatis. Pluk. alm. 180. t. 35. f. 2. Moris. hist.
3. f. 8. t. 9. f. 30.
Habitat ad Europæ littora lacuum.

β *Caule ramoso.*

15. PLANTAGO caule ramoso, foliis integerrimis, spi- *Psyllium*,
cis foliosis. Hort. ups. 29. *
Plantago caule ramoso. Vir. cliff. 9. Roy. lugdb. 401.
Plantago annua, foliis integerrimis, caule ramoso ero-
cto. Hort. cliff. 37. Dalib. paris. 51.

Pfyllium majus erectum. *Baub. pin.* 191.
Habitat in Europæ australis sepibus. ☉

- Cynopr.* 16. PLANTAGO caule ramoso, foliis dentatis, spicis
 aphyllis. *Hort. ups.* 28. *Mat. med.* 50.
 Pfyllium diofcoridis vel indicum, foliis crenatis. *Baub.*
pin. 191.
Habitat in India. ☉

SCOPARIA.

- dulcis.* 1. SCOPARIA. *Gen. nov.* 1098.
 Capraria foliis ternis, corollis quadripartitis. *Hort. cliff*
 320. *Roy. lugdb.* 301.
 Samoloides. *Boerb. lugdb.* 2. p. 265. *
 Veronica americana erecta frutescens & ramosa. *Herm*
parad. 241. t. 241.
 Veronica fruticosa erecta dulcis, hexangulari caule.
Sloan. hist. 1. p. 195. t. 108. f. 2.
 Phyteuoides americanum, flore albo tetrapetalo. *Pluk.*
alm. 296. t. 215. f. 1.
Habitat in Jamaica, Curaffao. ☉

CENTUNCULUS.

- minimus.* 1. CENTUNCULUS. *Dill. giff.* 161. *gen.* 111. *E.N.*
C. 5. app. 92. t. 10. f. 31.
 Centunculus foliis alternis ovatis. *Fl. suec.* 129. *Dalib.*
parif. 52.
 Anagallidialtrum exiguum, foliis lanceolatis alternis.
Mitch. gen. 14. t. 18.
 Anagallis paludosa minima. *Vaill. parif.* 12. t. 4. f. 2.
 Aline palustris minima, flosculis albis. *Mentz. pug.* t.
 4. f. 5.
Habitat in Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Scaniæ arenosis. ☉

SANGUISORBA.

- officinalis.* 1. SANGUISORBA spicis ovatis. *Hort. cliff.* 39. *Fl.*
suec. 130. *Mat. med.* 51. *Roy. lugdb.* 240. *Dalib. pa-*
ris. 51.
 Pimpinella sangvisorba major. *Baub. pin.* 160.
 Pimpinella sylvestris f. sangvisorba major. *Dod. pempt.*
 105.
 β. PIMPINELLA major rigida præalta auriculata sub-
 nuda. *Bocc. mus.* 2. p. 19. t. 7.
Habitat in Europæ pratis ficcioribus. &

2. SAN-

2. SANGUISORBA spicis longissimis. *Hort. cliff.* 39. *canadensis.*
Roy. lugdb. 240.
 Pimpinella sanguisorba canadensis major, spica longiore alba. *Morif. hist.* 3. p. 264. f. 18. t. 8. f. 12.
 Pimpinella maxima canadensis longius spicata. *Corn. canad.* 175. t. 174. *Barr. rar.* 18. f. 739.
Habitat in Canada. ♀

CISSUS.

1. CISSUS. *Fl. zeyl.* 60. * *Amoen. acad.* 1. p. 390. * *vitiginea.*
 Arbuscula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio subtus lanato, fructu racemoso tervidiore odoro. *Pluk. mant.* 27. t. 337. f. 2.
 Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. p. . t. 11.
Habitat in India. ♂

EPIMEDIUM.

1. EPIMEDIUM. *Hort. cliff.* 37. *Hort. upf.* 29. *Roy. alpinum.*
lugdb. 402. *Dod. pempt.* 599. *Lob. hist.* 176.
Habitat in Alpium Euganeorum, Ligurinarum, Pontobarum umbrosis. ♀

CORNUS.

1. CORNUS arborea, involucro maximo: foliolis ob- *florida.*
 verse cordatis. *Hort. cliff.* 38. *Hort. upf.* 29. *Roy. lugdb.* 249. *Gron. virg.* 17.
 Cornus mas virginiana, flosculis in corymbo digestis a perianthio tetrapetalo albo radiatim cinctis. *Pluk. alm.* 120. *Catesb. car.* 27. t. 27.
Habitat in Virginia. ♂
2. CORNUS arborea, umbellis involucrum æquantibus. *mas.*
Hort. cliff. 38. *Hort. upf.* 29. *Roy. lugdb.* 249. *Dalib. paris.* 52.
 Cornus sylvestris mas. *Baub. pin.* 447.
 Cornus mas pumilio. *Clus. hist.* 1. p. 13.
- β. Cornus hortensis mas. *Baub. pin.* 447.
Habitat in sepibus Austriæ. ♂
3. CORNUS arborea, cymis nudis. *it. W-goth.* 32. *sanguinea.*
 Cornus umbellis involucro multoties longioribus. *Hort. cliff.* 38. *Roy. lugdb.* 249. *Hall. helv.* 463. *Dalib. paris.* 52.
 Cornus femina. *Baub. pin.* 447.

Virga sanguinea. *Dod. pempt.* 782.

Habitat in Europæ, Asiæ, Americæ borealis dumetis. ♀

- suecica.* 4. CORNUS herbacea, ramis binis. *Fl. lapp.* 65. t. 5. f. 3. *Fl. sæec.* 132. *Roy. lugdb.* 249.

Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* 108. t. 91.

Periclymenum humile. *Bauh. pin.* 302. norvegicum.

Bauh. pin. 302. *Buxb. act.* 3. p. 268,

Habitat in Suecia, Norvegia, Russia. ♀

- canadensis.* 5. CORNUS herbacea, ramis nullis. *Amœn. acad.* 1. p. 157.

Pyrola, alfine flore, brasiliiana. *Bauh. prodr.* 100. *pin.*

191. *Burf. X.* 106.

Habitat in Canada. ♀

TOMEX.

- tomentosa.* 1. TOMEX.

Tomex tomentosa. *Fl. zeyl.* 59. * *Amœn. acad.* 1. p. 389.

Arbor malabarica illa dicta. *Burm. zeyl.* 26.

Habitat in India. ♀

PTELEA.

- trifoliata.* 1. PTELEA foliis ternatis.

Ptelea. *Hort. cliff.* 36.

Frutex virginianus trifolius, ulmi famaris. *Pluk. alm.*

59. *Dill. elth.* 147. f. 122. f. 148.

Habitat in Virginia. ♀

- viscosa.* 2. PTELEA foliis simplicibus.

Dodonæa. *Hort. cliff.* 144. *Fl. zeyl.* 141. *Roy. lugdb.* 206.

Carpinus viscosa, falicis folio inegro oblongo. *Burm. zeyl.* 55. t. 23.

Arbuscula viscosa, æleagni foliis læte virentibus, americana tricoccus. *Pluk. phyt.* 141. f. 1.

Habitat in India. ♀

Hanc arborem idem genus, cum Ptelea agnoscere observavit Ill. B. Jussiaens.

LUDVIGIA

- alternifolia.* 1. LUDVIGIA foliis alternis lanceolatis.

Ludvigia capsulis cubicis apice perforatis. *Hort. ups.* 30.

Ludvigia capsulis subrotundis. *Hort. cliff.* 491. *Roy. lugdb.*

252.

Lud-

Ludvigia. *Gron. virg.* 17.

Lyfimachia non papposa, flore luteo majore, filiqua caryophylloide minore, ex virginia. *Pluk. alm.* 235. t. 203. f. 2.

Habitat in Virginia. ☉

2. LUDVIGIA foliis oppositis lanceolatis, capsulis pedunculatis.

Ludvigia caule diffuso, foliis lanceolatis, capsulis pedunculatis folio dimidio brevioribus *Fl. zeyl.* 66. *

Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. t. 49.

Habitat in India. ☿

OLDENLANDIA.

1. OLDENLANDIA pedunculis simplicissimis, fructibus hispidis.

Oldenlandia calycibus fructuum maximis coloratis. *Gron. virg.* 138.

Alfina aquatica major repens, foliis acuminatis, virginiana. *Pluk. alm.* 20. t. 74. f. 5. mala.

Habitat in Virginia.

Caules ramoso-subdivisi, repentes. Folia opposita, lanceolato-ovata, subpetiolata, integerrima. Flores axillares, pauci, pedunculis propriis. Germina hispida.

2. OLDENLANDIA pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 68. *

Habitat in India. ☉

3. OLDENLANDIA umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Fl. zeyl.* 67. *

Lyfimachia actinis, satureæ folio, maderaspatensis, capsulis in summitate fere umbellatis. *Pluk. alm.* 236. t. 119. f. 4.

Habitat in India. ☿

4. OLDENLANDIA pedunculis multifloris, foliis linearilanceolatis. †

Oldenlandia humilis hyssopifolia. *Plum. gen.* 42. *Erbet. pil.* t. 4. f. 1.

Habitat in America meridionali. ☉

AMMANNIA.

AMMANNIA foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, *Hort. cliff.* 344. *Hort. nps.* 30.

Ammannia palustris, caule quadrangulati, foliis angustis.

Amm. herb. 344.

Apa-

Aparines folio anomala, vasculo feminali rotundo, femine minutissimo. *Sloan. hist.* 1. p. 44. t. 7. f. 4.
Habitat in Caribæis, locis humidis. ☉

- ramosior.* 2. AMMANNIA foliis subpetiolatis, caule ramoso.
 Ludvigia aquatica erecta, caule rubente, foliis ad genicula binis longis angustis hyffopi instar, flore tetrapetalo albo. *Clayt.* 774.
Habitat in Virginia. D. Gronovius. ☉
 Planta pedalis, inferne Ramis oppositis, teretibus, simplicibus. Calyces ex alis foliorum solitarii (nec ut in precedenti terni), ad apices ramorum magis conferti & ferme spicati.
- baccifera.* 3. AMANNIA foliis subpetiolatis, capsulis calyce majoribus coloratis.
 Anonymos, linariæ folio, orientalis, gallii lutei flore, herba capsularis verticillata. *Pluk. alm.* 33. t. 136. f. 2. ²
at non ramosa.
Habitat in China. Osbeck. ☉
 Planta tenera, digiti longitudine, erecta, absque ramis, caule rufescente, tereti. Folia opposita, lanceolata, subpetiolata, integerrima. Flores verticillati, ad axillas foliorum plurimi, propriis pedunculis insidentes, minimi. Capsula globosa, rubra, calyce major.

ISNARDIA.

- palustris.* 1. ISNARDIA. *Dalib. paris.* 53.
 Dantia palustris. *Petit. gen.* 49. t. 49.
 Dantia foliis subovatis pediculatis, floribus in foliorum alis sessilibus. *Guett. stamp.* 2. p. 115.
 Ocymophyllum. *Buxb. act.* 4. p. 277. t. 27.
 Glaux major palustris, flore herbaceo. *Morif. præl.* 268.
Raj. hist. 1102. *suppl.* 635. *Bocc. mus.* 105. t. 84. f. 2.
 Alfine palustris rotundifolia repens, foliis portulacæ pingvibus. *Lind. alsat.* 114. t. 2.
Habitat in Galliæ, Alsatia, Ruffiæ, Virginiae fluviiis, ☉

TRAPA.

- natans.* 1. TRAPA
 Trapa petiolis foliorum natantium ventricosis. *Hort. cliff.* 483. *Fl. suec.* 134. *Mat. med.* 52. *Dalib. paris.* 52.
 Tribulus aquaticus. *Bauh. pin.* 194.

Panover-T'fieraua. *Rheed. mal.* 11. p. 65. t. 33.
Habitat in Europæ australis, Asiæque stagnis limosis. ☉

DORSTENIA.

DORSTENIA scapis radicatis. *Hort. cliff.* 32. *Mat. Contrajerva.*
med. 53.

Dorstenia dentariæ radice, sphondylii folio, placenta ovali. *Houft. act. n.* 421. f. 1.

Dorstenia sphondylii folio, dentariæ radice. *Plum. gen.* 29.

Drakena radix. *Clus. exot.* 83.

Cyperus longus odoratus peruanus. *Baub. pin.* 14.

Tuzpatlis. *Hern. mex.* 147.

β. Dorstenia dentariæ radice, folio minus laciniato, placenta quadrangulata & undulata. *Houft. act. n.* 421. f. 2.
Habitat in nova Hispania, Mexico, Peru, Vera Cruce, insula Vicentii. ✕

2. DORSTENIA pedunculis caulinis. *Hort. cliff.* 32. *canlescens.*
 Parietaria racemosa, foliis ad oras villosis. *Plum. spec.*
 10.

Habitat in America meridionali. ✕

ELÆAGNUS.

1. ELÆAGNUS foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 250. *angustifolia.*
Hort. upf. 31.

Elæagnus. *Cam. epit.* 106. *Hort. cliff.* 38.

Olea sylvestris, folio molli incano. *Baub. pin.* 473.

Habitat in Bohemia, Hispania, Syria, Cappadocia. ☿

2. ELÆAGNUS foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 250. *Fl. zeyl. latifolia.*
 55.

Eleagnus foliis rotundis maculatis. *Burm. zeyl.* 92.

t. 39. f. 2.

Habitat in Zeylona. ☿

BRABEJUM.

1. BRABEJUM. *Hort. cliff.* 36. *Roy. lugdb.* 400. *stellatifolium.*
 Amygdalus æthiopica, fructu holosericeo. *Breyn. cent.*
 1. t. 1.

Arbor æthiopica hexaphylla, foliis circa caulem ad intervalla fenis. *Pluk. alm* 47. t. 265, f. 3.

Habitat in Æthiopia. ☿

RIVINA.

1. RIVINA. *Hort. cliff.* 35. *Roy. lugdb.* 207, *humilis.*
 H 5 a. Ri-

- canescens. α. *Rivina humilis* racemosa, baccis puniceis. *Plum. gen.* 48.
Solanoides americana, circææ foliis canescentibus. *Tournef. act.* 1706.
Solanum barbadense racemosum minus tinctorium. *Pluk. alm.* 353. t. 112. f. 2.
Amarantus baccifer, circææ foliis. *Comm. hort.* 1. p. 127. t. 66.
- scandens. β. *Rivina scandens* racemosa, amplis folani foliis, baccis violaceis. *Plum. gen.* 48.
- glabra. γ. *Solanoides americana*, circææ foliis glabris. *Tournef. act.* 1706.
Habitat in Caribæis, Jamaica, Barbados. 5

SALVADORA.

- persica. 1. SALVADORA. *Garc. act. angl.* 1749. n. 491. *Gen. nov.* 1097.
Habitat ad Sinum Persicum. 5
Frutex foliis oppositis, Racemo terminali.

CAMPHOROSMA.

- monspeliaca. 1. CAMPHOROSMA foliis hirsutis linearibus. *Amœn. acad.* 1. p. 392. *Mat. med.* 43.
Camphorosma. Sauv. monsp. 45.
Selago caule procumbente, foliis sparsis. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lngdb.* 300.
Camphorata hirsuta. Bauh. pin. 486. *Tournef. act.* 1705. p. 313. *Buxb. cent.* 1. p. 18. t. 28. f. 1.
Camphorata monspeliensium. Bauh. hist. 3. p. 379. *Lob. adv.* 174.
Habitat in Hispaniac, Narbonae, Tatariae arenosis.
- acuta. 2. CAMPHOROSMA foliis subulatis rigidis glabris. *Amœn. acad.* 1. p. 393.
Camphorata altera. Tabern. hist. 57.
Camphoratae congener. Bauh. pin. 486. (varia)
Anthyllis altera italorum. Lob. ic. 404. *Dalech. hist.* 1150.
Habitat in Italia, Tataria. 2
- glabra. 3. CAMPHOROSMA foliis semitriquetris glabris inermibus. *Amœn. acad.* 1. p. 393.
Camphorata foliis confertissimis inermibus lævibus. Hall. herb. 193.
Camphorata glabra. Bauh. pin. 286. *Dalech. hist.* 1179.
Habitat in Helvetia. 2

ALCHEMILLA.

1. **ALCHEMILLA** foliis lobatis. *Fl. suec.* 135. *Mat. vulgarit. med.* 54.
Alchemilla foliis palmatis. Hort. cliff. 38. *Roy. lugdb.* 231.
Alchemilla foliis simplicibus. Fl. lapp. 66.
- β. *Alchemilla vulgaris. Baub. pin.* 319.
Alchemilla minor. Tournef. inst. 502.
Habitat in Europæ pascuis. &
2. **ALCHEMILLA** foliis digitatis serratis. *Fl. lapp.* 61. *alpina.*
Fl. suec. 136. *Hort. cliff.* 39. *Roy. lugdb.* 232.
Alchemilla perennis incana argentea, f. sericea latinum
provocans. Moris. hist. 2. p. 195. f. 2. t. 20. f. 3.
Tormentilla alpina, foliis sericeo. Baub. pin. 326.
- β. *Alchemilla alpina pubescens minor. Tournef. inst.* 508. *hybrida.*
Pluk. phyt. 240. f. 1.
Habitat in Alpibus Europa. &
3. **ALCHEMILLA** foliis quinatis multifidis glabris. *pentaphyllea*
Alchemilla alpina quinquefolia. Baub. pin. 320. *pro-*
dr. 138.
Alchemilla alpina pentaphyllea minima, lobis fimbriatis.
Bocc. mus. 1. p. 18. t. 1.
Habitat in monte Canisio, Furca, Gotthardo. &

DIGYNIA.

APHANES.

1. **APHANES** *Hort. cliff.* 39. *Fl. suec.* 137. *Roy. lugdb. arvensis,*
 231. *Gron. virg.* 17. *Dalib. paris.* 53
Chærophylo nonnihil similis. Baub. pin. 182
Alchemilla minima montana. Col. cephr. 145. t. 146.
Habitat in Europæ arvis. ☉

BUFONIA.

1. **BUFONIA.** *Sauv. monsp.* 141. *Amœn. acad.* 1. p. 386. *tenuifolia,*
Alsinoides. Raj. angl. 3. p. 346.
Herniaria angustissimo gramineo folio, erecta. Magn.
hort. 97. t. 97.
Alfina polygonoides tenuifolia, flosculos ad longitudi-
nem caulis velut in spicam dispositis. Pluk. alm. 22.
 t. 75. f. 3.
Habitat in Anglia, Gallia, Hispania. &
Stamina 4 numeravit in flore Læst.

HAMA-

HAMAMELIS.

- virginiana.* 1. HAMAMELIS, *Gron. virg.* 139. *Cold. noveb.* 18.
Catejß. car. 3. p. 2. t. 2.
 Trilopus. *Mitch. gen.* 22.
 Pistacia virginiana nigra, coryli foliis. *Pluk. alm.* 298.
Habitat in Virginia.

CUSCUTA.

- europæa.* 1. CUSCUTA floribus sessilibus.
 Cuscuta nuda repens filiformis. *Fl. suec.* 138. *Mat. med.*
 55. *Dalib. parif.* 53.
 Cuscuta nuda repens fumiformis. *Sauv. monsp.* 11.
 Cuscuta major. *Bauh. pin.* 219.
 Cuscuta. *Cam. epit.* 984.
- epithymum* β. Cuscuta nuda repens filiformis. *Sauv. monsp.* 11.
 Epithymum f. Cuscuta minor. *Bauh. pin.* 219.
Habitat in Plantis Europæ parasitica.
- americana.* 2. CUSCUTA floribus pedunculatis.
 Cuscuta caule aphylo volubili repente. *Gron. virg.* 18.
 Cuscuta inter majorem & minorem media, filamentis
 longis & floribus late super arbores & campos se ex-
 tendens, *Sloan. jam.* 85. *hist.* 1. p. 201. t. 128. f. 4.
Habitat in Virginia.

HYPECOUM.

- procumbens.* 1. HYPECOUM filiquis arcuatis compressis articulatis.
Hort. ups. 31.
 Hypecoum. *Bauh. pin.* 172. *Dod. pempt.* 449. *Hort.*
cliff. 38. *Roy. lugdb.* 402.
Habitat inter Archipelagi, Narbonæ & Salmanticenses
segetes. ☉
- pendulum.* 2. HYPECOUM filiquis cernuis teretibus cylindricis.
Hort. ups. 31. *Sauv. monsp.* 263.
 Hypecoum filiquis pendentibus non articulatis bivalvi-
 bus incurvis. *Morif. hist.* 2. p. 280.
 Cumium sylvestre filiquatum ponæ. *Dalech. hist.* 698.
Habitat in Galloprovincia ☉
- erectum.* 3. HYPECOUM filiquis erectis teretibus torulosis. *Hort.*
ups. 32.
 Hypecoum tenuifolium, filiquis erectis teretibus. *Amm.*
ruth. 58. t. 9.
Habitat in Dauria,

TRI.

TETRAGYNIA.

ILEX.

* *Flores quadrifidi.*

1. ILEX foliis ovatis acutis spinosis. *Hort. cliff.* 40. *Hort. Aquifolium*
upf. 32. *Roy. lugdb.* 400. *Gron. virg.* 12. *Dalib. pa-*
ris. 54.

Ilex aculeata baccifera. *Bauh. pin.* 425.*Habitat in Europa australiori, Japonia, virginia.* ♪

2. ILEX foliis ovato-lanceolatis serratis. *Hort. cliff.* 40. *Cassine*
Mat. med. 56. *Roy. lugdb.* 400.

Aquifolium carolinense, foliis dentatis, baccis rubris
Catesb. car. 1. p. 31. t. 31.

- β. *Cassine vera floridanorum arbuscula baccifera, alterni*
ferme facie, foliis alternatim sitis, tetrapyrene. *Pluk.*
mant. 40. *Catesb. car.* 2. p. 57. t. 57.

Habitat in Carolina. ♪

3. ILEX foliis lato-lanceolatis obtusis integerrimis. *asiatica.*
Habitat in India Asiæ. ♪

β *Flores trifidi.*

4. ILEX foliis cuneiformibus tricuspидatis. *cuneifolia*
Ilex aculeata, folio tricuspидi. *Plum. hist. mss.*
Habitat in America meridionali. ♪

5. ILEX foliis pinnatis. *Dodonæa.*
Dodonæa aquifolii folio tricuspидato. *Plum. gen.* 20.

- β. *Dodonæa aquifolii folio anguloso & aculeato.* *Plum.*
gen. 20.

- γ. *Dodonæa aquifolii folio anguloso non aculeato.* *Plum.*
gen. 20,
Habitat in America meridionali. ♪

Folia pinnata: foliolis 21, sessilibus, rigidis, ovatis, acu-
minatis, in medio utrinque denticulo angulatis. For-
res racemosi ut in *Rhoe*.

COLDENIA.

1. COLDENIA. *Fl. zeyl.* 69. *procumbens.*
Teucri facie binagarica tetracoccus rostrata. *Pluk. alm.*
363. t. 64. f. 6. Raj. suppl. 283. *Morif. hist.* 3. p. 423.
Habitat in India. ☉

Frustrificationem ulterius examinent alii in viventi
planta, ego siccam tantum vidi.

PO-

POTAMOGETON.

- natans.* 1. POTAMOGETON foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Hort. cliff.* 40. *Fl. suec.* 139. *Roy. lugdb.* 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib. paris.* 54.
Potamogeton foliis ovato-oblongis natantibus. *Fl. lapp.* 68.
Potamogeton rotundifolium. *Baub. pin.* 193.
- β. Potamogeton foliis lanceolato-oblongis, petiolis longis. *Gron. virg.* 139.
Habitat in Europæ lacubus & fluviis. 2
- perfoliatum.* 2. POTAMOGETON foliis cordatis amplexicaulibus. *Fl. lapp.* 69. *Fl. suec.* 140. *Roy. lugdb.* 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib. paris.* 54.
Potamogeton rotundifolium alternum. *Lœf. pruss.* 205. t. 65.
Habitat in Europæ lacubus fluviisque argillofis. 2
- densum.* 3. POTAMOGETON foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, *Gnett. stamp.* 1. p. 102. †
Potamogeton minus, foliis densis mucronatis non ferratis. *Magn. monsp.* 303.
Habitat in Gallia.
- lucens.* 4. POTAMOGETON foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *Hort. cliff.* 40. *Fl. suec.* 141. *Roy. lugdb.* 212. *Dalib. paris.* 54.
Potamogeton foliis angustis splendidibus. *Baub. pin.* 193.
Fontinalis lucens major. *Baub. hist.* 3. p. 769.
Habitat in Europæ lacubus, stagnis, fluviis argillofis 2
- crispum.* 5. POTAMOGETON foliis lanceolatis alternis undulatis ferratis. *Roy. lugdb.* 212. *Fl. suec.* 142. *Dalib. paris.* 55.
Potamogeton foliis crispis f. *Lactuca ranarum* fermen-
tis planis. *Baub. pin.* 193.
Habitat in Europæ fossis & rivulis.
- ferratum.* 6. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppositis subundulatis.
Potamogeton foliis lanceolatis obscure undulatis, caulibus longe ramosis. *Gnett. stamp.* 1. p. 102. *Dalib. paris.* 55
Potamogeton longo ferrato folio. *Baub. pin.* 193.
Habitat in Europæ rivulis.

7. POTAMOGETON foliis linearibus obtusis, caule *compressum*, compresso. *Hort. cliff.* 40. *Fl. suec.* 143. *Roy. lugdb.* 213. *Dalib. parif.* 55.
 Potamogeton caule plano, foliis gramineis undulatis, spica exigua. *Hall. helv.* 201.
 Potamogeton caule compresso, folio graminis canini. *Raj. hist.* 189.
Habitat in Europæ fossis paludosis.
8. POTAMOGETON foliis setaceis parallelis approximatis disticis. *Fl. suec.* 145. *Dalib. parif.* 55. *setinum.*
 Potamogeton foliis linearibus acutis longissimis alternis confertis. *Roy. lugdb.* 213.
 Potamogeton gramineum ramosum. *Bauh. pin.* 193. *pradr.* 101.
Habitat in Europæ fossis & paludibus.
9. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppositis acuminatis. *Roy. lugdb.* 213. *Dalib. parif.* 55. *setaceum.*
 Potamogeton ramosum angustifolium. *Bauh. in* 193.
Habitat in Europæ fossis paludosis.
10. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latoribus. *Fl. suec.* 144. *gramineum.*
 Potamogeton gramineum latiusculum foliis & ramificationibus dense stipatis. *Raj. angl.* 3. p. 149. t. 4. f. 3. *Fl. lapp.* 70.
Habitat in Europæ fossis & paludibus. ☉
11. POTAMOGETON foliis linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Fl. suec.* 146. *marinum.*
 Potamogeton pusillum fluitans. *Bocc. sic.* 42. t. 20. f. 5. *it. gotl.* 221.
Habitat in Europa ad maris littora. ☉
12. POTAMOGETON foliis linearibus oppositis alternisque distinctis: basi patentibus, caule tereti. *Fl. suec.* 147. *Dalib. parif.* 56. *pusillum.*
 Potamogeton foliis linearibus alternis remotis. *Roy. lugdb.* 213.
 Potamogeto pusillum, gramineo folio brevior. *Vaill. parif.* t. 32. f. 4.
Habitat in Europæ paludibus. ☉

RUPPIA.

1. RUPPIA. *Hort. cliff.* 436. *H. wgoth.* 186. *Guett. maritima.* *stamp.* 2. p. 416.

Bucca

Buccaferrea maritima, foliis acutissimis. *Micb. gen.* 72. t. 35.

Potamogeton maritimum, gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato. *Raj. angl.* 3. p. 134. t. 6. f. 1

Fucus folliculaceus, fœniculi folio longiore. *Baub. pin* 365.

Habitat in Europæ maritimis. ☉

SAGINA.

procumbens. 1. SAGINA ramis procumbentibus. *Fl. lapp.* 157. *Fl. suoc.* 148. *Roy. lugdb.* 452.

Sagina scapis & ramis unifloris. *Guett. stamp.* 2. p. 277

Aline pusilla graminea, flore tetrapetalo. *Segn. veron* 421. t. 5. f. 3.

β. *Aline saxifraga* graminifolia, flosculis tetrapetalis herbis & mucosis. *Pluk. alm.* 23. t. 74. f. 2.

γ. *Saxifraga* graminea pusilla foliis brevioribus crassioribus & succulentis. *Raj. angl.* 3. p. 345.

Habitat in Europæ pascuis sterilibus uliginosis aridis.

erecta.

2. SAGINA caule erecto, unifloro.

Sagina scapis unifloris. *Guett. stamp.* 2. p. 276. *Dalib. paris.* 56.

Aline foliis caryophyllæis. *Raj. angl.* 3. p. 344. t. 15. f. 4.

Aline verna glabra. *Vaill. paris.* 6. t. 3. f. 2.

Habitat in Galliæ, Angliæ, Germaniæ sterilibus glareosis.

virginica.

3. SAGINA caule erecto, floribus oppositis.

Saginæ affinis planta minima, floribus albis *Clayt. miss* 649.

Habitat in Virginia inter muscos ad margines fontium. *D. Gronovius.*

Caulis digitalis, filiformis, erectus; *Folia* opposita, subulata, remota, minima. *Flos* terminalis & oppositi nonnulli propriis pedunculis. *Perianthium* 4partitum, erectum. *Petala* 4, oblonga. *Stamina* 4, longitudine calycis. *Germen* conicum, longitudine calycis. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum. *Capfula* pyramidalis, rostrata, unilocularis. *Semina* numerosa. *An proprii generis?*

TILLÆA.

aquat. ca.

1. TILLÆA erecta dichotoma, foliis acutis.

Cras-

Crassula caule dichotomo, floribus linearibus, floribus quadrifidis. *Fl. suec.* 259. *Dalib. paris.* 98.

Crassula floribus quadrifidis. *Hort. cliff.* 497.

Sedum minimum annuum, flore roseo tetrapetalo. *Vaill. paris.* 181. t. 10. f. 2.

Habitat in Europæ inundatis. ☉

2. TILLÆA erecta, floribus lateralibus, foliis obtusis. *rubra*, Tillæa erecta. *Hort. ups.* 24. * *Sauv. monsp.* 129.

Sedum annuum minimum stellatum rubrum. *Mag. monsp.* 238. t. 237.

Habitat Monspeli inter muscos. ☉

3. TILLÆA procumbens. *Hort. ups.* 24. *Sauv. monsp. muscosa.* 129.

Tillæa. *Dalib. paris.* 43.

Tillæa muscosa annua perfoliata. *Mich. gen.* 22. t. 20.

Crassula foliis sessilibus connatis, floribus aggregatis in foliorum alis. *Guett. stamp.* 1. p. 97.

Polygonum muscosum minimum. *Bocc. sic.* 56. t. 29.

Sempervivum omnium minimum repens muscosum, polygoni facie. *Bocc. mus.* 2. p. 36. t. 22.

Habitat in Italiae, Siciliae, Galliae muscosis.

Flores hujus sæpius trifidi, antecedentium quadrifidi;

Phil. Bot. 178.

Classis V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

- indicum.* 1. HELIOTROPIUM foliis cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis solitariis, fructibus bifidis. *Fl. zeyl.* 70.
 Heliotropium foliis ovatis acutis, spicis solitariis. *Hort. cliff.* 45. *Roy. lugdb.* 405.
 Heliotropium americanum caeruleum. *Dod. mem.* 83.
Pluk. phyt. 245. f. 4.
 β. Heliotropium americanum caeruleum, foliis hormini angustioribus. *Herm. lugdb.* 307. *Sloan. jam.* 98.
Habitat in India utraque. ☉
- europeum.* 2. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. *Hort. upf.* 33. *Sauv. monsp.* 305.
 Heliotropium foliis ovatis integerrimis, spicis conjunctis.
Hort. cliff. 45. *Roy. lugdb.* 404.
 Heliotropium majus dioscoridis. *Bauh. pin.* 253.
Habitat in Europa australi. ☉
- supinum.* 3. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis tomentosis plicatis, spicis solitariis,
 Heliotropium minus supinum. *Bauh. pin.* 253.
 Heliotropium supinum. *Clus. hist.* 2. p. 47.
*Habitat Salmanticæ juxta agros, Monspellii in litto-
 re.* ☉
- curassavicum.* 4. HELIOTROPIUM foliis lanceolato-linearibus glabris aveniis, spicis conjugatis, *Hort. cliff.* 45. *Hort. upf.* 33. *Roy. lugdb.* 405. *Dalib. paris.* 57.
 Heliotropium indicum procumbens glaucophyllum, floribus albis. *Pluk. alm.* 182. t. 36. f. 3.
 Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo. *Sloan. hist.* 1. p. 213. t. 132. f. 3.
 Heliotropium curassavicum, foliis lini umbilicati. *Morif hist.* 3. p. 452. f. 11. t. 31. f. 12.
 Heliotropium americanum procumbens, facie lini umbilicati. *Herm. par.* 183. t. 183.
Habitat in Americae calidioris maritimis. ☉

5. HELIOTROPIUM foliis linearibus glabris aveniis, orientale.
floribus sparsis lateralibus.

Habitat in Asia. ☉

Planta parva, procumbens, repens. Folia linearia, alterna. Flores subsessiles, albari, solitarii, inter folia sparsi.

MYOSOTIS.

1. MYOSOTIS feminibus nudis: foliorum apicibus callosis. *Vir. cliff.* 149. *Fl. suec.* 149. *Roy. lugdb.* 404. *Hort. cliff.* 45. scorpioides,
- α. Myosotis foliis hirsutis. *Hort. cliff.* 46. arvensis:
Myosotis hirsuta arvensis major. *Dill. giff.* 55. *Fl. lapp.* 74.
- Echium scorpioides arvense. *Bauh. pin.* 254.
- β. Myosotis foliis glabris. *Hort. cliff.* 46. *Dalib. parif.* 58. palustris.
Myosotis glabra pratensis. *Dill. giff.* 67. *Fl. lapp.* 75.
Echium scorpioides palustre. *Bauh. pin.* 254.
Habitat in Europe α campis aridis & β aquis scaturiginosis. ☉
2. MYOSOTIS feminibus aculeatis glochidibus, foliis ovato-oblongis, ramis divaricatis. virginiana.
Myosotis feminibus hispida, foliis lanceolato-ovatis. *Gron. virg.* 19.
Cynoglossum virginianum, flore & fructu minimo *Pluk. alm.* 126.
Habitat in Virginia. ☉
Semina interiori latere nuda, angulata, erecta, basi affixa, ut in sequenti, fructus nutans.
3. MYOSOTIS feminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. Lappula,
Fl. suec. 150. *Dalib. parif.* 57.
Lithospermum feminibus echinatis. *Hort. cliff.* 46. *Roy. lugdb.* 405.
Cynoglossum folis lanceolatis, floribus in foliorum alis subsessilibus. *Guett. stamp.* 1. p. 92.
Cynoglossum minus. *Bauh. pin.* 257.
Habitat in Europæ argillosis, nudis, ruderatis. ☉
4. MYOSOTIS feminibus nudis, foliis hispida, racemis foliosis. apula.
Lithospermum feminibus lævibus, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 405. *Sauv. monsp.* 62.
Echium luteum minimum. *Bauh. pin.* 255.

Echioides lutea minima apula campestris. *Col. ceph.* 1.
p. 184. t. 185.
Habitat in Italia, Hispania, Narbona. ☉

LITHOSPERMUM.

- officinale.* 1. LITHOSPERMUM feminibus lævibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 46. *Fl. suec.* 151. *Mat. med.* 57. *Roy. lugdb.* 405. *Dalib. paris.* 58.
Lithospermum majus erectum. *Bauh. pin.* 158.
Habitat in Europæ ruderatis. ♀
- arvense.* 2. LITHOSPERMUM feminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. *Hort. cliff.* 46. *Fl. suec.* 152. *Roy. lugdb.* 405. *Hall. belv.* 518. *Dalib. paris.* 59
Lithospermum arvense, radice rubra. *Bauh. pin.* 258
Fl. lapp. 73.
Habitat in Europæ agris & arvis. ☉
- virginianum.* 3. LITHOSPERMUM foliis subovalibus nervosis, corollis acuminatis.
Lithospermum corollarum laciniis acuminatis hirsutis.
Gron. virg. 140.
Lithospermum latifolium virginianum, flore albido longiore. *Moris. hist.* 3 p. 447. f. 11. t. 28. f. 3.
Habitat in Virginia.
Puncta adspersa foliis sunt excavata, horum latiora seta egrediente notata.
- purpuroceruleum.* 4. LITHOSPERMUM feminibus lævibus, corollis calycem multoties superantibus. *Hort. cliff.* 46. *Roy. lugdb.* 405.
Lithospermum flore magno, caule ex apice radices agente. *Hall. belv.* 517.
Lithospermum minus repens latifolium. *Bauh. pin.* 258.
Lithospermum repens majus. *Clus. hist.* 2. p. 163.
Habitat in Ungariæ, Angliæ, Galliæ nemoribus. ♀
- tinctorium.* 5. LITHOSPERMUM villosum, caulibus procumbentibus simplicissimis. *Mat. med.* 58.
Lithospermum procumbens, feminibus rugosis, foliis hispidis, radice rubra. *Sauv. monsp.* 63.
Anchusa puniceis floribus. *Bauh. pin.* 255.
Anchusa monspeliiana. *Bauh. hist.* 3. p. 584.
Habitat in Oriente, Monspelii. ♀

6. LITHOSPERMUM fruticosum, flaminibus corollis æquantibus, *fruticosum*.
 Lithospermum fruticosum, corollis calyce majoribus,
 foliis linearibus hispida. *Sauv. monsp.* 50. 63.
 Anchusa angustifolia. *Bauh. pin.* 253.
 β. Anchusa arborea. *Alp. exot.* 67. t. 68.
 Buglossum famium frutescens, foliis rosmarini obscure
 virentibus lucidis & hirsutis. *Tournef. cor.* 6.
Habitat in Gallia, Samo & Europa australi. β

ANCHUSA.

1. ANCHUSA foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *officinalis*.
Hort. cliff. 46. *Fl. fœc.* 152. *Mat. med.* 59. *Roy. lugdb.* 406. *Dalib. parif.* 59.
 Buglossum angustifolium majus. *Bauh. pin.* 256.
Habitat ad Europæ ruderata, vias, agros. α
2. ANCHUSA racemis subnudis conjugatis. *Roy. lugdb. angustifolia.*
 408.
 Borago sylvestris perennis, flore rufo kermesino. *Zan. hist.* 49. t. 20.
 Buglossum angustifolium minus. *Bauh. pin.* 256. *Morif. hist.* 3. p. 438. f. 11. t. 26. f. 4.
 Echii facie Buglossum minimum, flore rubente. *Lob. ic.* 576.
Habitat in Italia, Germania. α
3. ANCHUSA strigosa, foliis linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calycibus fructiferis inflatis. *undulata*.
Læfl.
 Buglossum lusitanicum, echii folio undulato. *Tournef. infl.* 134.
Habitat in Hispania, Lusitaniae pratis.
4. ANCHUSA ramis floribusque alternis axillaribus, bracteis ovatis. *orientalis*.
 Anchusa foliis aveniis, floribus solitariis ex alis ramorum, uti rami e caule. *Hort. cliff.* 47. *Roy. lugdb.* 404.
 Buglossum orientale, flore luteo. *Tournef. cor.* 6. *Buxb. cent.* 3. p. 17. t. 29. *Dill. elth.* 60. t. 52. f. 60.
Habitat in Oriente. α
5. ANCHUSA floribus sparsis, caule glabro. *virginiana*.
 Anchusa lutea minor, quam alii Paccoon vocant. *Gron. virg.* 19.

Anchusa minor lutea virginiana, Puccoon indigenis dicta, qua se pingunt americani. *Pluk. alm.* 30.

Lithospermum virginianum, flore luteo duplici ampliori.

Morif. hist. 3. p. 447. f. 11. t. 28. f. 4.

Habitat in Virginia. ☞

6. ANCHUSA pedunculis diphyllis capitatis.

sempervirens *Anchusa scapis diphyllis.* *Hort. cliff.* 47. *Roy. lugdb.* 407.

Buglossum latifolium sempervirens. *Baub. pin.* 256.

Morif. hist. 3. p. 437. f. 11. t. 26. f. 2.

Habitat in Anglia, Hispania. ☞

CYNOGLOSSUM.

officinale. 1. CYNOGLOSSUM staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus.

Cynoglossum foliis lanceolato-ovatis, corollis calycem æquantibus. *Roy. lugdb.* 406. *Fl. succ.* 154. *Mat. med.* 154.

Cynoglossum foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 47.

Cynoglossum majus vulgare. *Baub. pin.* 257.

Habitat in Europæ ruderatis. ☉

virginianum 2. CYNOGLOSSUM foliis amplexicaulibus ovatis.

Cynoglossum foliis amplexicaulibus. *Gron. virg.* 19.

Habitat in Virginia. ☉

cheirifolium 3. CYNOGLOSSUM corollis calyce duplo longioribus, foliis lanceolatis.

Roy. lugdb. 406. *Sauv. monsp.* 64.

Cynoglossum creticum, argenteo angusto folio. *Baub. pin.* 257. *Hort. cliff.* 47.

Cynoglossum creticum 1. *Clus. hist.* 2. p. 162.

Habitat in Creta, Hispania. ☉

Corollæ albæ venis sanguineis.

apenninum. 4. CYNOGLOSSUM staminibus corollam æquantibus.

Hort. ups. 33. *Sauv. monsp.* 64.

Cynoglossa montana maxima frigidarum regionum. *Col.*

ecphr. 1. p. 168. t. 170.

Habitat in alpihus Apenninis, Campoclarensibus, umbrosis. ☉

linifolium. 5. CYNOGLOSSUM foliis lineari-lanceolatis glabris.

Hort. cliff. 47. *Hort. ups.* 33. *Roy. lugdb.* 406.

Cynoglossum minus album, livi foliis glaucis, semine

umbilicato. *Morif. hist.* 3. p. 449. f. 11. t. 30. f. 11.

β Om-

β. *Omphaloides lusitanica* elatior, cynoglossi folio. *Tour-
nesf. inst.* 140.
Habitat in Lusitania. ☉

4. **CYNOGLOSSUM** repens, foliis radicalibus corda-*Omphaloide-*
tis. *Hort. cliff.* 47. *Roy. lugdb.* 406.
Borago minor verna repens, folio lævi. *Morif. hist.* 3.
p. 437. *f.* II. *t.* 26. *f.* 3.
Symphytum minus, boraginis facie. *Bauh. pin.* 107.
Habitat in Lusitanix nemorosis. ♀

PULMONARIA.

* *Perianthium longitudine tubi corollæ.*

1. **PULMONARIA** foliis radicalibus lanceolatis. *Hort. angustifolia.*
cliff. 44. *Roy. lugdb.* 404. *Dalib. paris.* 60.

Pulmonaria foliis radicalibus ovato-lanceolatis inferioribus
decurrentibus. *Bæhm. lips.* 14.

Pulmonaria 5 *pannonica.* *Clus. hist.* 2. *p.* 170.

Habitat in Pannonia, Helvetia, Suecia.

Sequenti nimis affinis, solum foliis angustis distin-
guenda.

2. **PULMONARIA** foliis radicalibus ovato-cordatis *officinalis,*
scabris. *Hort. cliff.* 44. *Fl. suæc.* 156. *Mat. med.* 62.
Roy. lugdb. 403. *Hall. helv.* 516. *Dalib. paris.* 60.

Symphytum maculosum f. *Pulmonaria latifolia.* *Bauh.*
pin. 259.

β. *Pulmonaria vulgaris latifolia*, flore albo. *Tournesf. inst.*
136.

γ. *Pulmonaria non maculoso folio.* *Clus. hist.* 2. *p.* 163.
Bauh. pin. 259.

Habitat in Europæ nemoribus. ♀

* *Calyces tubo corollæ dimidio breviores.*

3. **PULMONARIA** calycibus abbreviatis, foliis lanceo-*virginian-*
latis obtusiusculis.

Pulmonaria calyce tubo corollæ brevioris, perianthiis
quinquepartitis. *Gron. virg.* 20.

Symphytum f. *Pulmonaria non maculata*, foliis glabris
acuminatis, flore patulo cæruleo. *Pluk. alm.* 359. *t.*
227. *f.* 6. *Morif. hist.* 3. *p.* 444.

Habitat in Virginia. ♀

4. **PULMONARIA** calycibus abbreviatis, foliis radica-*sibiria-*
libus subcordatis

Habitat in Sibiria. ♀

Radix *perennis*. Folia *glabra, glauca: radicalia cordata; carlina ovata*. Corymbi *ramosi, nutantes* Media *inter antecedentem & sequentem*.

- maritima.* 5. PULMONARIA calycibus abbreviatis, foliis ovatis, caule ramoso procumbente.
 Cerinthe foliis ovatis petiolatis. *Hort. cliff.* 48. *Roy. lugdb.* 408.
 Cerinthe *maritima* procumbens. *Dill. eith.* 75. t. 65. f. 75.
 Cynoglossum procumbens glaucophyllum *maritimum*. *Pluk. alm.* 126. t. 172. f. 3.
 Cynoglossum *perenne* *maritimum* procumbens. *Morij. hist.* 3. p. 450. f. 11. t. 28. f. 12.
Habitat in Angliæ littoribus siliceis. & ☉

SYPHYTEM.

- officinale* 1. SYMPHYTUM foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Hort. cliff.* 47. *Fl. succ.* 155. *Mat. med.* 61. *Roy. lugdb.* 407.
 Symphytum *Consolida* major. *Bauh. pin.* 259.
Habitat in Europæ umbrosis subhumidis. &
- tuberosum.* 2 SYMPHYTUM foliis lunnis oppositis.
 Symphytum *maius*, *tuberosa* radice. *Bauh. pin.* 259.
 Symphytum radice *tuberosa*. *Cam. epit.* 701.
Habitat in Germania australi. &
- orientale* 3. SYMPHYTUM foliis ovatis subpetiolatis.
 Symphytum *orientale*, folio subrotundo aspero, flore cæruleo. *Tournef. cor.* 7.
 Symphytum *constantinopolitanum*, boraginis folio & facie, flore albo. *Tournef. cor.* 7. *Buxb. cent.* 5. p. 36. t. 68.
Habitat juxta Constantinopoli rivulos primo vere. &

CERINTHE.

- marit.* 1. CERINTHE foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtusiusculis patulis.
 Cerinthe foliis cordatis sessilibus. *Hort. cliff.* 48. *Hort. uff.* 35. *Roy. lugdb.* 408.
 Cerinthe foliis caulem amplexantibus, dentibus floris revolutis brevissimis. *Hall. helv.* 515.
 Cerinthe flore rubro purpurascete. *Bauh. pin.* 258.
 β. Cerinthe, flavo flore, asperior. *Bauh. pin.* 258.
Habitat in Europa australi. ☉

2. CE-

2. CERINTHE foliis amplexicaulibus emarginatis, fru- *maculata,*
ctibus geminis, corollis acutis clausis.
Cerinthe f. Cynoglossum montanum majus. *Baub. pin.*
258.?
Habitat in montanis Europæ australis. D. Monti.
Differt a C. minore, cui flore convenit, quod major &
folia maculata emarginata.
3. CERINTHE foliis amplexicaulibus integris, fructibus *minor.*
geminis, corollis acutis clausis.
Cerinthe foliis caulem amplexantibus, floribus profunde
quinquefidis. *Hall. herb. 516.*
Cerinthe minor. *Baub. pin. 258.*
Cerinthe minor f. quarta. *Clus. hist. 2. p. 168.*
Habitat in Austriæ, Styriæ agris. ☉
Præcedenti maxime affinis, at Corolla $\frac{1}{4}$ quinquefida.
præcedentis vero tantum margine quinqueloba.

4. CERINTHE foliis lanceolato-linearibus hispidis, se- *echioides,*
minibus quaternis distinctis. *Hort. cliff. 48. Roy.*
lugdb. 408.
Anchusa lutea minor. *Baub. pin. 255.*
Anchusa echioides lutea, cerinthæ flore, montana. *Col.*
ephr. 1. p. 182. t. 183.
5. Anchusa lutea major. *Baub. pin. 255.*
Anchusa tertia. *Cam. epit. 736.*
Anchusa lutea. *Dalech. hist. 1102.*
Habitat in Austriæ, Pannoniæ, Helvetiæ, Galliæ, Ita-
liæ rupibus. ☿

BORAGO.

1. BORAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *officinalis.*
Hort. ups. 34. Mat. med. 63.
Borago calycibus patentibus. *Hort. cliff. 44. Roy. lugdb.*
403. *Dalib. paris. 61.*
Buglossum latifolium, Borago. *Baub. pin. 256.*
Habitat hodie in Normannia ad Colbeck & alibi in Eu-
ropæ; venit olim ex Aleppo. ☉
2. BORAGO foliis ramificationum oppositis, calycinis so- *indica,*
lulis sagittatis.
Borago calycinis foliis sagittatis erectis *Hort. cliff. 45.*
H. zeyl. 71. Roy. lugdb. 403.
Cynoglossioides folio caulem amplexante. *Isnard. act.*
1718. p. 325. f. 10.
Anchusæ degeneris facie, indiæ orientalis herba, quadri-
capsulatis. *Pluk. alm. 30. t. 76. f. 3.*
Habitat in India Orientali. ☉

3. BO-

- africana.* 3. BORAGO calycinis foliis ovatis acutis erectis. *Hort. cliff.* 45. *Roy. lugdb.* 403
Cynoglossoides africana verrucosa & hispida. *Iszard. act.* 1718. p. 325. t. II.
Cynoglossum, boraginis foliis & facie, æthiopicum. *Pluk. alm.* 34.
Habitat in Æthiopia. ☉
Affinis est admodum antecedenti.
- orientalis.* 4. BORAGO calycibus tubo corollæ brevioribus, foliis cordatis. *Hort. cliff.* 45. *Roy. lugdb.* 403.
Borago constantinopolitana, flore reflexo cæruleo, calyce venicario. *Tournef. cor. 6. itin.* 523. t. 523. *Buxb. cent.* 5. pag. 16. t. 30.
Habitat circum Constantinopolin. ☿

ASPERUGO.

- procumbens.* 1. ASPERUGO. *Fl. lapp.* 76. *Fl. suec.* 159. *Hort. cliff.* 44. *Roy. lugdb.* 404. *Hall. helv.* 522. *Dalib. parif.* 61.
Boglossum sylvestre, caulibus procumbentibus. *Bauh pin.* 257. *Morif. hist.* 3. p. 439. f. II. t. 26. f. 13.
Habitat in Europæ ruderatis pingvibus. ☉

LYCOPSIS.

- vestearia.* 1. LYCOPSIS foliis integerrimis, calycibus frutescentibus infatis pendulis. *Hort. cliff.* 44. *Hort. upf.* 35. *Roy. lugdb.* 403.
Echioides flore pullo. *Riv. mon.* II.
Boglossum procumbens annuum, pullo minimo flore. *Morif. hist.* 3. p. 439. f. II. t. 26. f. 11.
Habitat in Europæ australi ☉
- variegata.* 2. LYCOPSIS foliis repandis dentatis callofis, caule decumbente, corollis cernuis. *Hort. upf.* 34.
Lycopsis foliis repando-dentatis. *Hort. cliff.* 44. *Roy. lugdb.* 404.
Boglossum creticum verrucosum. *Stiff. bot.* 57. t. 57.
Boglossum annuum humile, bullatis foliis, flore cæruleo eleganter variegato. *Morif. hist.* 3. p. 439. f. II. t. 26. f. 10.
Habitat in Creta. ☉
- egyptiaca.* 3. LYCOPSIS foliis calloso-verrucosis, caule diffuso, corollis regularibus.
Habitat in Ægypto. ☉

4. LYCOPSIS foliis lanceolatis hispidis, calycibus flore-
 ſcentibus erectis, *Fl. lapp.* 77. *Fl. suec.* 157. *Hort.*
cliff. 44. *Roy. lugdb.* 404. *Gron. virg.* 20. *Dalib. parif.* 61.
 Bugloſum minus ſylveſtre. *Bauh. pin.* 257.
Habitat in Europæ agris. ☉
5. LYCOPSIS foliis ovatis integerrimis ſcabris, calyci-
 bus erectis. *orientalis.*
 Bugloſum orientale anguſtifolium, flore parvo cæruleo.
Tournel. cor. 6.
Habitat in Oriente. ☉
6. LYCOPSIS foliis lineari-lanceolatis confertis tomen-
 toſis mollibus, caule erecto. *virginica.*
Gron. virg. 140.
Habitat in Virginia ad vias. ☿

ECHIUM.

1. ECHIUM caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 43. *Roy. lugdb. fruticosum.*
 407.
 Echium africanum fruticans, foliis piloſis. *Comm. hort.*
 2. pag. 107. t. 54.
Habitat in Æthiopia. ☿
2. ECHIUM corollis vix calycem excedentibus mar-
 gine villoſis. *italicum.*
Hort. upl. 35.
 Echium majus & aſperius, flore albo. *Cam. epit.* 738.
 β. *Lycopiſ.* *Bauh. pin.* 255.
Habitat in Anglia, Italia.
3. ECHIUM caule ſimplici erecto, foliis caulinis lance-
 olatiſ hispidiſ, floribus ſpicatiſ lateralibuſ. *vulgare.*
Hort. cliff. 43. *Fl. suec.* 158. *Roy. lugdb.* 407. *Dalib. parif.* 61.
 Echium vulgare. *Bauh. pin.* 254. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 143.
Habitat in Europa ad vias & agros. ☿
4. ECHIUM calycibus fruſcentibuſ diſtantibuſ, caule
 procumbente. *creticum.*
Hort. upl. 35.
 Echium caule ſimplici, foliis cauliniſ linearibuſ, floribuſ
 ſpicati� ex aliſ. *Hort. cliff.* 43.
 Echium creticum anguſtifolium rubrum. *Bauh. pin.* 254.
 Echium creticum latifolium rubrum. *Bauh. pin.* 254.
 Echium creticum 1. 2. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 165.
Habitat in Creta. ☉
Stamina non longiora labio breviora corollæ.
5. ECHIUM caule ramoſo, foliis cauliniſ ovatiſ, floribuſ
 ſolitariiſ lateralibuſ. *orientale.*
Hort. cliff. 43. *Roy. lugdb.* 407.
 Echi-

Echium orientale, verbasci folio, flore maximo campanulato *Tournef. cor. 6. itin. 3. pag. 94.*
Habitat in Oriente.

- lusitanicum.* 6. ECHIUM corollis stamine longioribus.
 Echium caule simplici, foliis caulinis lanceolatis sericeis, floribus spicatis lateralibus. *Roy. lugdb. 407.*
 Echium, amplissimo folio, lusitanicum. *Tournef. inst. 135.?*
Habitat in Europa australi. 2

TOURNEFORTIA.

- Servata.* 1. TOURNEFORTIA foliis ovatis ferratis, petiolis spinifloris, spicis terminatis recurvis.
 Pittonia arborescens chamædrifolia major. *Plum. gen. 5.*
 β. Pittonia arborescens chamædrifolia minor *Plum. gen. 5*
Habitat in America calidiore. 5
- Hirsutissima.* 2. TOURNEFORTIA foliis ovatis petiolatis, caule hirsuto, spicis ramosissimis terminalibus.
 Pittonia hirsutissima & ramosissima, baccis albis. *Plum. gen. 5.*
Habitat in America calidiore. 5
- Volubilis.* 3. TOURNEFORTIA foliis ovatis acuminatis, petiolis reflexis, caule volubili.
 Tournefortia foliis ovatis acuminatis. *Hort. cliff. 48.*
 Pittonia scandens, baccis niveis: nigris maculis notatis. *Plum. gen. 5.*
 Bryonia nigra fruticosa, racemi ramulis varie implicatis *Sloan. hist. 1. p. 234. t. 143. f. 2.*
 Virga aurea americana frutescens glabra, foliis subtus castis. *Pluk. alm. 389. t. 235. f. 6. Raj. suppl. 348.*
Habitat in Jamaica, Mexico, arborea scandens. 5
- Fœtidissima.* 4. TOURNEFORTIA foliis ovato-lanceolatis, spicis ramosissimis pendulis.
 Tournefortia foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff. 48.*
Roy. lugdb. 408.
 Pittonia racemosa, nicotianæ foliis fœtidissimis. *Plum. gen. 5.*
 Heliotropium maximum jamaicense, limonii mali folio supra scabro subtus lanugine ferruginea molli. *Pluk. alm. 132. Moris. hist. 3. p. 452.*
Habitat in Mexico, Jamaica. 5

5. **TOURNEFORTIA** foliis lanceolatis sessilibus, spicis simplicibus recurvis lateralibus. *benilis.*
 Pittonia humilis, anchusæ folio. *Plum. gen. 5.*
Habitat in America calida. b
6. **TOURNEFORTIA** foliis ovatis integerrimis nudis, glabra. spicis cynosis.
 Heliotropii flore frutex, folio maximo oblongo acuminato glabro. *Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 109. t. 212 f. 2. Raj. dendr. 76.*
Habitat in Jamaica. b
7. **TOURNEFORTIA** foliis lanceolatis, floribus corymbosis, caule herbaceo. *Sibirica.*
 Messerschmidia. *Hort. ups. 36.*
 Arguzia montana, *Amm. ruth. 38.*
Habitat in Dauriæ apricis glareosis aridis. &
Planta dubii etiamnum generis, interim hac relata

DIAPENSIA.

1. **DIAPENSIA** floribus pedunculatis. *Lapponica.*
 Diapensia. *Fl. lapp. 88. t. 1. f. 1. * Fl. suec. 172*
Habitat in alpidibus Lapponicis. &
2. **DIAPENSIA** floribus subsessilibus *helvetica.*
 Androsace caulescens, foliis alternis, pedunculis unifloris. *Amœn. acad. 1. p. 164.*
 Aretia caulibus teretibus foliis imbricatis, floribus sessilibus. *Hall. helv. 486. t. 8. f. 4.*
Habitat in alpidibus Helveticis Gemmi & Pynatnerberg. &
Habitus antecedentis; fructum non vidi.

ARETIA.

1. **ARETIA** villosa, scapis unifloris. *Hall. helv. 486. f. 4. alpina.*
Habitat in Vallefiæ monte Loch dicto. &
Fructus anatome nobis deest in hac planta.

ANDROSACE.

1. **ANDROSACE** perianthiis maximis. *Hort. ups. 36. maxima.*
 Androsace calycibus fructuum maximis. *Hort. cliff. 50.*
Roy. lugdb. 414.
 Androsace foliis lanceolato-ovatis dentatis, calycibus corolla longioribus. *Wachend. zltr. 28.*
 Androsace altera. *Cam. epit. 639. Clus. hist. 2. p. 134.*
 Aline æfinis Androsace dicta major. *Bauh. pin. 251.*
Habitat inter Austriæ segetes. ☉

2. AN-

- septentrio-*
nalis. 2. ANDROSACE foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus. *Fl. suec.* 160.
Androsace calyce fructus parvo. *Fl. lapp.* 78.
Androsace montana, flore minore. *Buxb. act.* 2. p. 369. t. 23. f. 2.
Alpine verna, androsaces capitulis. *Baub. pin.* 251. *prod.* 118.
Alpine minor, androsaces alterius facie. *Baub. pin.* 251. *prod.* 118.
Alpine adfinis Androsace dicta minor. *Baub. pin.* 251.
• *Habitat in alpihus Lappouicæ, Ruiliæ apricis glareosis.* ☉
- villosa.* 3. ANDROSACE foliis pilosis, perianthiis hirsutis.
Aretia villosa, floribus umbellatis. *Hall. helv.* 486.
Sedum alpinum hirsutum, lacteo flore, *Baub. pin.* 284.
Sedum minus X, alpinum IV. *Clus. hist.* 2. p. 62.
Habitat in alpihus Rheticis, Pyrenæis.
- halleri.* 4. ANDROSACE foliis ciliatis.
Aretia foliis ciliatis linearibus, floribus umbellatis. *Hall. helv.* 486. t. 7.
Habitat in alpihus Helvetiæ.
- lactea.* 5. ANDROSACE foliis linearibus glabris, umbella involucris multoties longiore.
Androsace alpina perennis angustifolia glabra, flore singulari. *Tournef. inst.* 123.
Sedum alpinum, gramineo folio, lacteo flore. *Baub. pin.* 284. *Raf. hist.* 1042.
Sedum minus XI. *Clus. hist.* 2. p. 61.
Habitat in Austriæ alpihus. 2
- carnea.* 6. ANDROSACE foliis subulatis glabris, umbella involucris brevioris.
Androsace alpina perennis angustifolia glabra & multiflora. *Tournef. inst.* 123.
Sedum alpinum, angustissimo folio, flore carneo. *Baub. pin.* 284.
Sedum alpinum ejusdem. *Column. ecphr.* 2. p. 64. t. 65. f. 2.
Sanicula alpina, angustissimo folio. *Pluk. alm.* 331. t. 108. f. 5.
Habitat in alpihus Pyrenæis, Helveticis. 2

PRIMULA.

- veris,*
officinalis. 1. PRIMULA foliis dentatis rugosis. *Hort. cliff.* 51. *Fl. suec.* 161. *Roy. lugab.* 415. *Dalib. paris.* 62. limbo corollarum concavo. *mat. med.* 64. Pri-

- Primula veris odorata, flore luteo simplici. *Bauh. hist.*
3. p. 495.
Verbaſculum pratense odoratum. *Bauh. pin.* 241.
- β. Primula. - - - - limbo corollarum plano. elatior,
Verbaſculum pratense vel ſylvaticum inodorum. *Bauh.*
pin. 241.
Primula veris, pallido flore, elatior. *Cluſ. hiſt.* 1. p. 301.
- γ. Primula - - - - ſcapo nullo. acaulis.
Primula veris, pallido flore, humilis. *Cluſ. hiſt.* 1. p. 302.
Verbaſculum ſylveſtre majus, ſingulari flore. *Bauh. pin.*
241.
Habitat in Europæ pratis. &
2. PRIMULA foliis crenatis glabris, florum limbo plano. *ſarinoſa.*
Hort. cliff. 50. *Fl. jucc.* 162.
Primula foliis crenatis glabris. *Vir. cliff.* 12. *Roy. lugdb.*
415.
Primula foliis erectis ſaſtiſciatis. *Fl. lapp.* 79.
Primula veris rubro flore. *Cluſ. pan.* 340.
Verbaſculum umbellatum alpinum minus. *Bauh. pin.*
242.
Habitat in Alpinis frigidisque Europæ pratis uliginoſis. &
3. PRIMULA foliis ſerratis glabris. *Vir. cliff.* 12. *Hort. Auricula.*
apſ. 36. *Roy. lugdb.* 415.
Primula foliis ſerratis carnoſis glabris. *Hort. cliff.* 50.
Sanicula alpina lutea. *Bauh. pin.* 242.
- β. Sanicula alpina purpurea *Bauh. p.* 242.
- γ. Sanicula alpina, foliis rotundis. *Bauh. pin.* 242.
- δ. Sanicula alpina, flore variegato. *Bauh. pin.* 242.
- ε. Sanicula alpina anguſtifolia *Bauh. pin.* 243.
- ζ. Sanicula alpina, foliis quaſi farina adſperſis. *Bauh. pin.*
243.
Habitat in alpiſus Helveticis, Styriacis. &
4. PRIMULA foliis cureiformibus dentatis minimis co-minima.
rolla longe minoribus.
Sanicula alpina minima carnea. *Bauh. pin.* 243.
Auricula urſi VIII. minima. *Cluſ. hiſt.* 1. p. 305.
Habitat in Sneberg, Tauro, Judenberg inque altiffimo
monte prope ſalinas Aultricæ ſuperioris, qua tenditur in
Styriam. &
5. PRIMULA foliis linearibus integerrimis; floribus vitaliana,
teſſilibus. Pri-

Primula flore subsessili, foliis linearibus. *Amœn. acad.* 1. p. 160.

Vitaliana. *Sest. epist.* 69. t. 10. f. 1. *

Sedum alpinum exiguis foliis. *Bauh. pin.* 284.

Sedum alpinum & gregorii ragenfis 1. *Column. ecphr.* 2. p. 63. t. 65. f. 1. *Raj. hist.* 1044.

Habitat in alpinis Pyrenæis & Italicis. 2.

Calyces longitudine tubi corollæ, ultra medianam quinquefidis, corollæ limbus quinquefidus, lobis orato oblongis

integerrifolia. 6. PRIMULA foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubulosis obtusis.

Primula foliis glabris carnosissimis integerrimis. *Hall. belv.* 485.

Sanicula alpina rubescens, folio non ferrato. *Bauh. pin.* 243.

Auricula urfi IV. *Clas. hist.* 1. p. 303. t. 304.

Habitat in alpinis Helveticis, Styriacis, Pyrenæicis. 2.

corrusoides. 7. PRIMULA foliis petiolatis cordatis sublobatis crenatis.

Habitat in Sibiria. *D. Gmelin.*

Herba foliis sequentis, floribus antecedentis.

CORTUSA.

matthioli. 1. CORTUSA calycibus corolla brevioribus. Cortusa foliis cordatis petiolatis. *Hort. cliff.* 50. *Roy. lugdb.* 414.

Cortusa matthioli. *Clas. hist.* 1. p. 307.

Sanicula montana latifolia laciniata. *Bauh. pin.* 243.

Habitat in alpinis Austriæ, Sibiria.

Gmelini. 2. CORTUSA calycibus corollam excedentibus. *Amœn. acad.* 2. p. 340. *

Habitat in Sibiria. *D. Gmelin.* 2.

SOLDANELLA.

alpina. 1. SOLDANELLA. *Hort. cliff.* 49. *Roy. lugdb.* 414. *Hall. belv.* 488.

Soldanella alpina rotundifolia. *Bauh. pin.* 295. *Morif. hist.* 2. p. 285. f. 3. t. 15. f. 8.

Soldanella alpina. *Cam. epit.* 254.

Habitat in alpinis Helvetiæ, Austriæ, Pyrenæorum. 2.

DODECATHEON.

Meadia. 1. DODECATHEON.

Meadia. Catesb. car. 3. p. 1. t. 1.

Auri-

Auricula urfi virginiana floribus boraginis instar rostratis, cyclaminum more reflexis. *Pluk. alm.* 62. t. 79. f. 6.

Habitat in Virginia. 2

CYCLAMEN.

1. CYCLAMEN corolla retroflexa. *europæum.*

Cyclamen foliis cordatis, corolla reflexa. *Hort. ups.* 47. *Mat. med.* 65.

Cyclamen. *Hort. cliff.* 49. *Roy. lugdb.* 414.

Cyclamina omnia 1 --- 13. *Baub. pin.* 308.

Cyclaminus. *Cam. epit.* 357.

Habitat in Austria, Tataria, Europæ australis nemorosis. 2

Varietates sic conjungunt plantas folio anguloso & rotundo, ut vix ac ne vix limites acutur.

2. CYCLAMEN corollæ limbo nutante. *Fl. zeyl.* 401. *indicum.*

Habitat in Zeylona. 2

MENYANTHES.

1. MENYANTHES foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Nymphoides*

Menyanthes foliis orbiculatis, corollis margine laceris.

Hort. cliff. 53. *Roy. lugdb.* 430. *Dalib. paris.* 62.

Nymphæa lutea minor, flore fimbriato. *Baub. pin.* 194.

Habitat in Belgii, Dantici fossis majoribus. 2

Umbella simplex, sessilis e latere petioli, ut in sequenti.

2. MENYANTHES foliis cordatis subcrenatis, corollis interne pilosis. *Fl. zeyl.* 72. *indica.*

Nedel-âmbel. *Rheed. mal.* 11. p. 55. t. 28.

Habitat in Malabarix, Zeylonæ fossis.

3. MENYANTHES foliis ternatis. *Fl. lapp* 80. *Fl. svec. trifoliata.*

163. *Hort. cliff.* 52. *Mat. med.* 66. *Roy. lugdb.* 430.

Hall. belv. 487. *Dalib. paris.* 62.

Tri-folium palustre. *Baub. pin.* 527.

Habitat in Europæ paludibus. 2

HOTTONIA.

1. HOTTONIA *Boerb. lugdb.* 1.207. *Hort. cliff.* 51. *Fl. svec. palustris.*

164. *Roy. lugdb.* 41. *Hall. belv.* 487. *Dalib. paris.* 63.

Millerolium aquaticum f. Viola aquatica, caule nudo.

Baub. pin. 141.

Millefolium equale cum *equisetifolium*, caule nudo. *Bauh.*
pin. 141

Habitat in fossis & paludibus Europæ borealioris. &

HYDROPHYLLUM.

virginianum 1. **HYDROPHYLLUM** *Hert. cliff.* 44. *Roy. lugdb.*
413. *Gron. virg.* 21.

Dentariæ facie planta monopetalos, fructu rotundo monopyreno. *Morif. hist.* 3. p. 599. f. 15. t. 1. f. 1.

Habitat in Virginia. &

Hydrophyllum verum canadense in aquis natum diversissima planta foliis binis petiolatis palmatis, basi excavatis; lobis auctis lobulo utrinque laterali serratis, viridibus, facie æceris; fructificatio hujus minus nota est.

LYSIMACHIA.

* *Pedunculis multiferis,*

vulgaris. 1. **LYSIMACHIA** paniculata, racemis terminalibus.

Lysimachia foliis lanceolatis, racemo composito terminali. *Virid. cliff.* 455. *Fl. suec.* 166. *Roy. lugdb.* 416.

Lysimachia foliis lanceolatis, corymbo terminali. *Fl. lapp.*
81. *Hort. cliff.* 50.

Lysimachia lutea major. *Bauh. pin.* 245.

Habitat in Europæ ad ripas & paludes. &

Ephemerum. 2. **LYSIMACHIA** racemis simplicibus terminalibus, petalis obtusis, staminibus corolla brevioribus.

Lysimachia racemo simplici terminali, foliis lanceolato-linearibus. *Vir. cliff.* 13. *Hort. cliff.* 3. *Roy. lugdb.*
415.

Lysimachia spicata purpurea minor. *Bauh. sent.* 1. p.
22. t. 33.

Lysimachia orientalis minor, foliis glaucis. *Till. pis.*
166. t. 40. f. 2.

Habitat in Media. ☉

Conf. Ephemerum matthioli. Bauh. pin. 244. *Bauh. hist.*
2. p. 905. *Dod. pempt.* 203.

Convenit cum L. atropurpurea habitu, structura, glauco colore. Differt Petalis obtusis, rotundis, staminibus corolla brevioribus, floribus pedicillo inidentibus, cunctis Petala gerit acuminata, calyce paulo longiora, connatis. saturate rubra; flavina corolla longiora, antheris fuscis. Flores in spicam sessiles; interim maxime affines sunt.

3. **LYSIMACHIA** spicis terminalibus patulis lanceola-^{atropurpurea}
tis, staminibus corolla longioribus.
Lysimachia foliis lanceolato-linearibus caulem & ramos
spica ovata terminante. *Hort. cliff.* 51.
Lysimachia foliis lanceolato-linearibus, spicis terminali-
bus. *Roy. lugdb.* 415. *Flor. ups.* 37. *
Lysimachia orientalis angustifolia. *Comm. rar.* 93. t. 33.
Habitat in Oriente. ☉

4. **LYSIMACHIA** racemis lateralibus pedunculatis. ^{thyrsiflora.}
Lysimachia racemis simplicibus lateralibus. *Virid. cliff.*
13. *Fl. suec.* 167. *Roy. lugdb.* 416.
Lysimachia ex alis foliorum thyrsifera. *Fl. lapp.* 82.
Hort. cliff. 52
Lysimachia bifolia, flore globoso luteo. *Bauh. pin.* 242.
Lysimachia lutea. *Clus. hist.* 2. p. 53. f. 12.
Habitat in Europa, in paludibus. ☿

* *Pedunculis unifloris.*

5. **LYSIMACHIA** foliis quaternis subsessilibus, peduncu-^{quadrifolin.}
lis quaternis unifloris.
Lysimachia foliis ovato-acutis quaternis. *Gron. virg.* 20.
Anagallis marina lutea, foliis latis stellatis. *Pet. gaz.* 5.
t. 2. f. 5.
Anagallis lutea foliis & floribus ex eodem exortu qua-
tuor ex æqualibus furculorum intervallis cruciatim
positis. *Pluk. mant.* 12.
Habitat in Virginia.

6. **LYSIMACHIA** foliis subquaternis, pedunculis verti-^{punctata.}
cillatis unifloris.
Lysimachia foliis lanceolatis, floribus solitariis. *Hort.*
cliff. 52. *Roy. lugdb.* 416. *Gron. virg.* 20.
Lysimachia lutea minor, foliis nigris punctis notatis. *Bauh.*
pin. 245.
Lysimachia lutea II. *Clus. hist.* 2. p. 52. f. 2.
Blattaria affinis planta minor, flore luteo, foliis nigris
punctis notatis. *Morif. hist.* 2. p. 491. f. 5. t. 10. f. 15.
Habitat in Hollandia inter arundines.

7. **LYSIMACHIA** petiolis ciliatis, floribus cernuis. ^{elliptica.}
Lysimachia foliis ovato-lanceolatis subcordatis, petiolis
margine utrinque lanatis, flore solitario. *W'ach. ultr.*
390.
Lysimachia canadensis, jalappæ foliis. *Sarac. canad.*
Walsh. hort. 32. t. 12.

Habitat in Virginia, Canada.

Caulis erectus. Folia opposita, oblongo-ovata, integerrima, acuta, glabra: nervis lateralibus; petioli canaliculati, ciliati. Pedunculi solitarii, unijori, nudi.

- Linum stellatum.* 8. *LYSIMACHIA* calycibus corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. *Roy. lugdb.* 416. *Hort. upf.* 37. *Sauv. monsp.* 130.
Linum minimum stellatum. Bauh. pin. 214. *prodr.* 107.
Magn. monsp. 163. t. 162.
Habitat in Gallia. ☉

- nemorum.* 9. *LUSIMACHIA* foliis ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 52. *Roy. lugdb.* 416.
Anagallis lutea nemorum. Bauh. pin. 252. *Morij. hist.* 2. p. 569. f. 5. t. 26. f. 5.
Anagallis. Clus. hist. 2. p. 182.
Habitat in Germaniæ, Galliæ, Angliæ nemoribus glareosis.

- Nummularia.* 10. *LYSIMACHIA* foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. *Vir. cliff.* 13. *Hort. cliff.* 52. *Fl. succ.* 168. *Mat. med.* 67. *Roy. lugdb.* 416. *Hall. helv.* 481.
Nummularia major lutea. Bauh. pin. 309.
Anagallis mas. Cam. epit. 394.
Habitat in Europa juxta agros & scrobes. ♀

- tenella.* 11. *LYSIMACHIA* foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente.
Lysimachia foliis subrotundis, floribus solitariis longe pedunculatis. Guett. stamp. 2. p. 119.
Lysimachia foliis orbiculatis planis, floribus solitariis rubellis, caule repente. Sauv. monsp. 135.
Nummularia minor, purpurascente flore. Bauh. pin. 310. *prodr.* 139. *Morij. hist.* 2. p. 567. f. 5. t. 26. f. 2.
Habitat in Galliæ, Angliæ humidis.

ANAGALLIS.

- arvensis.* 1. *ANAGALLIS* foliis indivisis, caule procumbente.
Anagallis foliis indivisis. Roy. lugdb. 416. *Fl. succ.* 169.
Anagallis foliis ovatis. Hort. cliff. 52.
Anagallis phœniceo flore. Bauh. pin. 252.
Habitat in Europæ arvis. ☉
- monelli.* 2. *ANAGALLIS* foliis indivisis, caule erecto.
Anagallis foliis lanceolatis. Hort. cliff. 52. *Hort. upf.* 38.

Anagallis cærulea, foliis binis ternisve ex adverso nascentibus. *Bauh. pin.* 252.

Anagallis tenuifolia monelli. *Clus. app. alt.*

Habitat - - - - ⊙

3. ANAGALLIS foliis cordatis amplexicaulibus, caulibus compressis. *latifolia.*

Anagallis hispanica latifolia, maximo flore. *Tournef. insi.* 143.

Cruciata montana minor, flore cæruleo. *Barr. ic.* 584.

Habitat in Hispania. *Læsl.* ⊙

Caulis erecto-patens, brachiatus, ramosus, quadrangularis: angulis oppositis triplo latioribus, angustioribus vero margine acuto utrinque septis. Folia subcordata, maxime sessilia & amplexicaulia, basi deorsum spectantia, obtusiuscula, nervosa, glabra, subtus pallide punctata. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, nudis, teretes. corolla cærulea, fundo purpurascente. Filamenta purpurea; Antheris oblongis flavis. Notabilis foliis magnis & latis, caule compresso, A. arvensi attamen valde affinis.

4. ANAGALLIS foliis sinuatis. *Roy. lugdb.* 416. † *capensis.*

Anagallis purpurea, bursæ pastoris foliis minoribus. *Pet. mus.* 245.

Habitat ad Caput b. spei.

THEOPHRASTA.

1. THEOPHRASTA. *Roy. lugdb.* 528.

americana.

Eresia foliis aquifolii longissimis. *Pluk. gen.* 8.

Habitat in America æquinoctiali. †

Caudex nudus, simplicissimus, apice frondosus ut in Palmis. Folia lanceolata, longissima, dentata nervis undulatis; omnia ex apice caudicis undique diffusa. Fructificationes ramosæ, diffusæ, inter folia ad apicem caulis.

PATAGONULA.

1. PATAGONULA †

americana.

Patagonica foliis partim ferratis partim integris. *Dill. elth.* 306. t. 226. f. 293.

Habitat in Patagonia Americæ australis. †

SPIGELIA.

1. SPIGELIA.

Anthelmia.

Arapabaca quadrifolia, fructu testiculato. *Plum. gen.* 11.

Barr. equin. 15.

Ara-

Arapabaca brasiliensibus dicta planta. *Marcgr. bras. 46.*
Habitat in Cajenna, Brasilia.

Caulis *simplex, herbaceus*. Folia *terminalia, quatuor, lanceolata*. Folia *caulina alia duo opposita*. Ritus *ex ala singula folii caulini solitarius, caulis simillimus, terminatus foliis quatuor cruciatim positis, ut in caule. Rami termini solitarii in caule & ramis.*

OPHIORRHIZA.

- Mungos.* 1. OPHIORRHIZA foliis lanceolato-ovatis.
 Ophiorrhiza. *Fl. zeyl. 402. Mat. med. 79. t. 1. Amœn. acad. 2. p. 118.*
Habitat in India orientali. 2
Conf. Linonium mauritanicum, flore minimo, caule folioso. *Pet. gaz. 66. t. 41, f. 12.*
- Mitreola.* 2. OPHIORRHIZA foliis ovatis.
 Mitreola. *Hort. cliff. 492. Gron. virg. 28.*
 Mitra. *Houss. rass. t. bonis.*
Habitat in America meridionali.

AZALEA.

- indica.* 1. AZALEA floribus subsolitariis, calycibus pilosis.
 Chamærhododendron exoticum, amplissimis floribus liliceis. *Breyn. prodr. 1. p. 25.*
 Cistus indicus, ledi alpini foliis, floribus amplis. *Jerm. lugdb. 152. t. 153. Raj. hist. 1895.*
 Tutsusi. *Kainph. amœn. 845. t. 846.*
Habitat in India. 5
- pontica.* 2. AZALEA arborea. †
 Chamærhododendros pontica maxima, mespili folio, flore luteo. *Tournef. cor. 42. Buxb. cent. 5. p. 36. t. 69.*
Habitat in Ponto, Trapezunte. 5
- lucæ.* 3. AZALEA foliis ovatis, corollis pilosis, staminibus longissimis.
 Azalea ramis infra flores nudis. *Gron. virg. 21.*
 Azalea scapo nudo, floribus confertis terminalibus, staminibus declinatis. *Hort. cliff. 69.*
 Azalea erecta, foliis ovatis integris alternis, flore luteo piloso præcoci. *Cold. ebor. 25.*
 Cistus virginiana, periclymeni flore ampliori minus odorato. *Pluk. mant. 49.*
Habitat in Virginia. 5

4. AZALEA foliis margine scabris, corollis piloto-glu- *viscosa*
tinosis.
Azalea ramis infra flores foliosis. *Gron. virg.* 21. *Cold.*
iber. 24.
Cistus virginiana, flore & odore periclymeni. *Pluk. alm.*
106 t. 161. f. 4. *Catesb. car.* 1. p. 57. t. 57.
Habitat in Virginia. 5
5. AZALEA foliis adspersis punctis excavatis. *lapponica.*
Azalea ramis compositis suberectis. *Fl. succ.* 171.
Azalea maculis ferrugineis tubus adspersa. *Fl. lapp.* 89.
t. 6. f. 1.
Habitat in Alpibus Lapponiæ. 5
6. AZALEA ramis diffuso procumbentibus. *Fl. lapp.* 90. *procumbens.*
t. 6. f. 2. *Fl. succ.* 170. *Hill. helv.* 416.
Chamærhododendros supina ferruginea, thymi folio,
alpina. *Bocc. mus.* 2. p. 64. t. 53.
ChamæCistus serpyllifolia, floribus carnis. *Bauh. pin.*
466.
Habitat in Alpibus Europæ. 5

PLUMBAGO.

1. PLUMBAGO foliis amplexicaulis. *Hort. cliff.* 53. *europæa.*
Mat. med. 75. *Roy. lugdb.* 417. *Sauv. monsp.* 63.
Lepidium Dentillaria dictum. *Bauh. pin.* 97.
Tripolium dioecoris, *Col. ephr.* 1. p. 160. t. 161.
Habitat in Europa australi. 2
2. PLUMBAGO foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 53. *Hort. ægyptica.*
ups. 43. *Fl. zeyl.* 73. *Roy. lugdb.* 417.
Dentillaria lychnoides sylvatica scandens, flore albo.
Sloan. hist. 1. p. 211. t. 133. f. 1.
Lychnis indica spicata, ocymatris foliis, fructibus lapp-
ceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. p. 109.
t. 5.
Habitat in India utraque. 2

PHLOX.

1. PHLOX foliis lanceolatis margine scabris, corymbis *paniculata.*
compositis,
Lyfimachia virginiana umbellata maxima, lyfimachia
luteæ floribus amplioribus, *Pluk. mant.* 121.
Habitat in America septentrionali. *Collinson.* 2
Planta magna, alta. Caulis lævis, obtusus. Folia lino-
lanceolata: margine Aculeis minutissimis sparsis exa-
spe-

sperata. Corymbi conferti in umbellam Floribus numeroſiſſimis.

- maculata.* 2. PHLOX foliis cordato-lanceolatis lævibus. Lychnoides marilandica, foliis binis oppoſitis baſi & auricularis caulem utrinque amplexantibus. *Raj. ſuppl.* 489. ?
Habitat in Virginia. Kalm. 2
 Plantæ caulis teretiſcuſculus, ſubſcaber, rubro viridique undique tenuiſſime maculatus, erectus. Folia lævia, e baſi amplexicauli cordata, elongata in lanceolatum ſenſim acutiſ. Flores in Racemum compoſitum diſgeſti.
- piloſa.* 3. PHLOX foliis lanceolatis villoſis, caule erecto, corymbo terminali. Lychnoides marilandica, calycibus lanuginofiſ, foliis anguſtis acutiſ. *Raj. ſuppl.* 490.
 Lychnidea umbellifera, blattariæ accedens virginiana, major repens pseudomelanthii foliis piloſis, flore pentapetaloidæ ſiſtuloſo. *Pluk. alm.* 133. t. 98. f. 1.
Habitat in Virginia. 2
- glaberrima.* 4. PHLOX foliis lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminati. *Hort. cliff.* 63. *Roſ. lugdb.* 433. *Gron. virg.* 21.
 Lychnidea folio melampyri. *Dill. elth.* 203. t. 166. f. 202.
Habitat in Virginia. 2
- divaricata.* 5. PHLOX foliis lato-lanceolatis: inferioribus alternis, caule ramoſo. Lychnidea virginiana, aſines aquaticæ foliis, floribus in ramulis divaricatis. *Pluk. mant.* 121 ?
Habitat in Virginia.
 Plantæ Caules erectiſculi. Folia lanceolata ſ. ovato-lanceolata, oleracea & molliuſcula, glabra aut parum piloſa: ſuperiora oppoſita, inferiora alterna. Rami alterni, baſi divaricati. Corollæ caruleæ.
- ovata.* 6. PHLOX foliis ovatis, floribus ſolitariis. Lychnidea ſiſtuloſa marilandica, clinopodii vulgaris folio, flore amplo ſingulari. *Pluk. mant.* 122. t. 348. f. 4.
Habitat in Virginia. 2
- ſubulata.* 7. PHLOX foliis ſubulatis hirtutiſ, floribus oppoſitiſ.

Lych-

- Lychnidea, blattariæ accedens virginiana, minor repens,
 his fuitis camphoratæ foliis. *Pluk. alm.* 233. t. 98. f. 2.
Habitat in Virginia.
 Corollæ lobi emarginati & tubus calyce duplo longior est.
8. PHLOX foliis linearibus villosis, pedunculis ternis. *sibirica.*
Amœn. acad. 2. p. 342.
Habitat in Asia boreali. &
 Lobi Corollæ rotundatæ integræ & calyces longitudine
 tub: corollæ.
9. PHLOX foliis setaceis glabris, floribus solitariis. *setacea.*
 Lychnidea, blattariæ accedens virginiana, camphoratæ
 congeneris, glabris foliis. *Pluk. alm.* 233. t. 98. f. 3.
Habitat in Virginia.

CONVOLVULUS.

* *Caule volubili.*

1. CONVOLVULUS foliis sagittatis utrinque acutis, *arvensis.*
 pedunculis unifloris. *Fl. suec.* 173. *Dalib. parif.* 65.
 Convolvulus foliis sagittatis utrinque acutis. *Hort. cliff.*
 66. *Roy, lugdb.* 427.
 Convolvulus minor arvensis. *Bauh. pin.* 294.
Habitat in Europæ agris. &
2. CONVOLVULUS foliis sagittatis postice truncatis, *sepium.*
 pedunculis unifloris. *Roy, lugdb.* 427. *Fl. suec.* 174.
Dalib. parif. 65.
 Convolvulus foliis sagittatis postice truncatis. *Hort. cliff.*
 66.
 Convolvulus major albus. *Bauh. pin.* 294.
Habitat in Europæ sepibus. &
3. CONVOLVULUS foliis sagittatis postice truncatis, *Scammonis.*
 pedunculis bifloris. *Roy, lugdb.* 427. *Mat. med.* 82.
 Convolvulus syriacus s. Scammoniacæ syriacæ. *Morif.*
hist. 2. p. 12. f. 1. t. 3. f. 5.
 Scammonia syriacæ. *Bauh. pin.* 294.
Habitat in Syria, Myia, Cappadocia. &
4. CONVOLVULUS foliis cordatis integris panduriformibus, *panduratus.*
 mibusque, calycibus lævibus.
 Convolvulus foliis inferioribus cordatis, superioribus tri-
 lobis, calycibus pedunculis petiolisque glabris, caule
 rubefcente. *Gron. virg.* 141.
Habitat in Virginie arenosis.

- Carolinens.* 5. CONVULVULUS foliis cordatis integris trilobisque villosis, calycibus lævibus, capsulis hirsutis, pedunculis subbifloris.
 Convolvulus, folio hederaceo, arvensis, flore dilute purpureo. *Dill. elth.* 100. t. 84. f. 98.
Habitat in Carolina. 2
Pedunculi uniflori aut biflori.
- Hederaceus.* 6. CONVULVULUS calycibus tuberculatis pilosis.
Vird. cliff. 18. *Hort. upf.* 38. *Gron. virg.* 141.
Roy. lugdb. 428.
 Convolvulus annuus, foliis cordatis rarius trilobis, calyce tuberculato piloso. *Hort. cliff.* 67.
 Convolvulus purpureus, folio subrotundo. *Baub. pin.* 295.
 β. Convolvulus cæruleus minor, folio subrotundo. *Dill. elth.* 97. t. 82. f. 94.
 γ. Convolvulus flore purpureo, calyce punctato. *Dill. elth.* 99. t. 83. f. 96.
 δ. Convolvulus flore minore lacteo fundo atrorubente. *Dill. elth.* 98. t. 83. f. 95.
 ε. Convolvulus folio cordato glabro, flore villosaceo. *Dill. elth.* 100. t. 84. f. 97.
 ζ. Convolvulus cæruleus, hederaceo anguloso folio. *Baub. pin.* 295. *Dill. elth.* 96. t. 80. f. 91.
 η. Convolvulus cæruleus, hederaceo folio magis anguloso. *Dill. elth.* 96. t. 80. f. 92.
 Convolvulus cæruleus major, folio hederaceo. *Dill. elth.* 97. t. 81. f. 93.
Habitat in Asia, Africa, America. ☉
Pedunculi in aliis uniflori, in aliis triflori s. multiflori, limites autem inter singulas α---η vix occurrunt.
- Batatas.* 7. CONVULVULUS foliis cordatis angulato-nervosis, caule repente tuberrifero.
 Convolvulus foliis cordatis angulatis, radice tuberosa. *Hort. cliff.* 67. *Roy. lugdb.* 427.
 Convolvulus radice tuberosa esculenta &c. *Catesb. car.* p. 60. t. 60.
 Convolvulus indicus orientalis Inhame s. Batatas. *Morif. hist.* 2. p. 11. f. 1. t. 3. f. 4.
 Convolvulus indicus vulgo Patates dictus. *Raj. hist.* 728
 Batatas. *Baub. pin.* 91.
 Kappa kelengu. *Rheed. mal.* 7. p. 95. t. 30.
Habitat in India utraque. 2
Conf. Convolvulus indicus vulgo Patates dictum. *Fewer.* 3. p. 16. t. 11. foliis palmatis.

8. CONVULVULUS foliis cordatis, pedunculis umbellatis
bellatis.
Convulvulus americanus, vulgaris folio, capsulis tri-
quetris numerosis. *Pluk. alm.* 114. t. 107. f. 1.
Convulvulus luteus polyanthos. *Plum. amer.* 88. t. 102.
Convulvulus polyanthos, folio subrotundo, flore luteo.
Sloan. jam. 55.
Habitat in Martinica, Domingo, Jamaica. &
9. CONVULVULUS foliis cordatis glabris, caule perenni villoso. *malabaricus.*
Convulvulus foliis cordatis acuminatis, caule arboreo
scandente. *Roy. lugdb.* 429.
Kattu-kelengu. *Rheed. mal.* 11. p. 105. t. 5. *Raj. suppl.*
376.
Habitat in Malabaricæ arenosis. 5
10. CONVULVULUS foliis cordatis pubescentibus, caule perenni villoso, pedunculis multifloris. *canariensis.*
Convulvulus foliis cordatis, caule fruticoso villoso.
Vir. ciff. 18. *Hort. cliff.* 67. *Roy. lugdb.* 428.
Convulvulus canariensis sempervirens, foliis mollibus
& incanis. *Comm. hort.* 2. p. 101. t. 51.
Convulvulus canariensis, foliis longioribus mollibus in-
canis. *Pluk. alm.* 114. t. 325. f. 1.
Habitat in Canariensibus insulis. 5
11. CONVULVULUS foliis cordatis, caule aculeato. *aculeatus.*
Hort. cliff. 496.
Convulvulus americanus, subrotundis foliis, viticulis spi-
nosis. *Pluk. alm.* 115. t. 276. f. 3.
Convulvulus maximus, caule spinulis obtusis obfito.
Sloan. jam. 55. *hist.* 1. p. 151. t. 96. f. 1. ? *Raj. suppl.*
371?
Smilax aspera indiæ occidentalis. *Baub. pin.* 296.
Habitat in America calidiore. 5
12. CONVULVULUS foliis cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunculis multifloris. *Turpethum.*
Fl. zeyl. 74. *Mat. med.* 84.
Convulvulus zeylanicus alatus maximus, foliis ibisei
nonnihil similibus angulosis. *Herm. lugdb.* 177. t. 178.
179.
Turpethum repens, foliis althææ vel indicum. *Baub.*
pin. 149.
Habitat in Zeylona. &

- tomentosus.* 13. CONVULVULUS foliis trilobis tomentosis, caule lanuginoso.
 Convolvulus folio lanato in tres lacinias diviso, flore oblongo purpureo. *Sloan. jam.* 55. *hist.* 1. p. 154. t. 98. f. 2. *Raj. suppl.* 381.
 Convolvulus jamaicensis trilobus, foliis tomentosa lanugine densiori ac veluti instar utrinque obductis. *Pluk. alm.* 115. t. 167. f. 4.
Habitat in Jamaica.
- althæoides.* 14. CONVULVULUS foliis palmatis cordatis fericeis: lobis repandis, pedunculis bifloris.
 Convolvulus foliis cordato-digitatis fericeis: foliolis linearibus: intermediis duplo longioribus. *Vir. cliff.* 18. *Roy. lugdb.* 429. *Sauv. monsp.* 202.
 Convolvulus foliis ovatis divisis basi truncatis: laciniis intermediis duplo longioribus. *Hort. cliff.* 67.
 Convolvulus argenteus, folio althææ. *Bauh. pin.* 295.
 Convolvulus, betonicæ althææque foliis, repens argenteus. *Barr. rar.* 5. t. 312.
 β. Convolvulus argenteus elegantissimus, foliis tenuiter incis. *Tournef. inst.* 85.
Habitat in Europa meridionali.
- paniculatus.* 15. CONVULVULUS foliis palmatis: lobis septem ovatis acutis integerrimis, pedunculis paniculatis.
 Pal-modecca. *Rheed. mal.* 11. p. 101. t. 49. *Raj. suppl.* 374.
Habitat in Malabariæ arenosis.
- Medium.* 16. CONVULVULUS foliis hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunculis subunifloris, calycibus sagittatis.
 Tala-neli. *Rheed. mal.* 11. p. 113. t. 55.
Habitat in India.
 Folia lanceolata, apice integra, glabra, acuta, basi dilatata in 2. auriculas recurvas extrorsum subdentatas. Pedunculi uniflori, rarius biflori; Stipulis lanceolatis, oppositis, duabus, acuminatis. Calycis foliola sagittata, hinc Campanulæ Medii instar postice appendiculata retrospectantia.
- * * *Cauce prostrato.*
- scelus.* 17. CONVULVULUS foliis cordato-ovatis, pedunculis unifloris: bracteis lanceolatis, flore sessili.
 Convolvulus foliis ovatis acutis, floribus duplici bractea succinctis. *Roy. lugdb.* 428.

Convolvulus foliis ovatis acutis. *Hort. cliff.* 67.

Convolvulus ficulus minor, flore parvo auriculato. *Bocc. sic.* 89. t. 48. *Morij. hist.* 2. f. 1. t. 7. f. 5.

Habitat in Sicilia. ☉

Caulis vix vel admodum parum, sæpius minime volubilis.

18. *CONVOLVULUS* foliis subrotundis, caule repente. *nummularia-*

Convolvulus minor repens, nummulariæ folio, flore cæruleo. *Sloan. jam.* 58. *hist.* 1. p. 157. t. 99. f. 2.

Raj. suppl. 382.

Habitat in Jamaica & Barbados pratis.

19. *CONVOLVULUS* foliis subovatis obtusis petiolo- *alfinoides-*

tis pilosis, caule diffuso, pedunculis trifloris. *Fl. zeyl.* 76.

Convolvulus foliis ovatis obtusis, caule filiformi. *Hort. cliff.* 68.

Convolvuli minimi species binagaria hirsuta, alfine folio. *Pluk. alm.* 116. t. 9. f. 1.

Anagallis hirsuta minor, foliis alternis, floribus solitariis. *Burm. zeyl.* 11. t. 6. f. 1.

Vitru-claudi. *Rheed. mal.* 11. p. 131. t. 64.

Habitat in Malabar, Zeylona, Binagaria, Bahama.

Varietas habitu lini: caulibus, panicula, foliis lanceolatis sericeis, hujus forte sola varietas.

20. *CONVOLVULUS* foliis lineari-cuneiformibus tri- *tridentatus,*
cuspidatis: basi dilatata dematis, pedunculis unifloris.

Convolvulus minor procumbens, acetosellæ foliis tricuspидatis ad unum quaternis: summo apice tricuspидatis. *Pluk. mant.* 117. t. 167. f. 5.

Sendera-Clandi. *Rheed. mal.* 11. p. 133. t. 65.

β. *Convolvulus* indicus barbatus minor: foliorum apicibus lunulatis. *Pluk. alm.* 117. t. 276. f. 6.

Habitat in India.

21. *CONVOLVULUS* foliis lanceolatis obtusis sericeis, *Cneorum,*
pedunculis multifloris. *Hort. cliff.* 68. *Roy. lugdb.*

429. *Saur. monsp.* 56.

Convolvulus major rectus ceticus argenteus. *Morij. hist.* 2. p. 11. f. 1. t. 3. f. 1.

Cneorum album, folio oleæ argenteo molli. *Baub. pin.* 463.

β. *Convolvulus* serpens maritimus spicæfolius. *Triumf. obs.* 91. t. 91. f. 2.

Convolvulus saxatilis erectus villosus perennis. *Barr. rar.* 4. t. 470. *Bocc. mus.* 2. p. 79. t. 70

litariis. *Hort. cliff.* 60. *Hort. upf.* 39. *Fl. zeyl.* 77.
Roy. lugdb. 430.

Quinoclit f. *Jasminum americanum.* *Clas. posth.* 9.
Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquat.* 73. t.
 72.

Jasminum mille-folii folio. *Bauh. pin.* 398.

Habitat in India. ☉

- Nyctelea,* 2. IPOMOEAE foliis pinnatifidis sinuatis acutis.
Habitat in Virginia. *D. Gronovius.*
- carolina.* 3. IPOMOEAE foliis digitatis: foliolis petiolatis, pedun-
 culis unifloris.
*Convolvulus minor pentaphyllos, flore purpureo mi-
 nore.* *Catesb. car.* 2. p. 9. t. 91.
Habitat in Carolina.
- coccinea.* 4. IPOMOEAE foliis cordatis acuminatis: basi angularis,
 pedunculis multifloris. *Hort. upf.* 39.
Ipomœa foliis cordatis acuminatis vix dentatis. *Hort.*
cliff. 66. *Roy. lugdb.* 429.
*Ipomœa foliis cordatis integerrimis, limbo floris quinque
 fido.* *Sauv. meth.* 114.
Quamoclit americana, folio hederæ, flore coccineo.
Comm. rar. 21. t. 21.
Convolvulus coccineus, folio anguloso. *Plum. amer*
89. t. 103. Kaj. suppl. 380.
Habitat in Domingo. ☉
- tuberosa,* 5. IPOMOEAE foliis palmatis: lobis septenis lanceolatis
 integerrimis. *Hort. upf.* 39.
*Convolvulus major heptaphyllus, flore sulphureo odo-
 rato.* *Sloan. jam.* 55. *hist.* 1. p. 152. t. 96. f. 2.
*Convolvulus americanus, mandjuccæ multifido folio,
 heptaphyllos, flore albo fundo purpureo, radice tuber-
 osa, cortice albo.* *Pluk. alm.* 116. t. 276. f. 5.
Habitat in Jamaica. ☽
- campanulata* 6. IPOMOEAE foliis cordatis, pedunculis multifloris, pe-
 rianthio exteriore orbiculari, corollis campanulatis
 lobatis.
Adamboe *Rheed. mal.* 11. p. 115. t. 56.
Habitat in India.
*Corolla crassior; quam in reliquis; sub Perianthio quin-
 quepartito, aliud perianthium minus orbiculatum in-
 tegerrimum.*

7. IPOMOEA foliis cordatis acutis integerrimis villotis, *alba*,
 floribus ternis, corollis indivisis. †
Munda-valli. Rheed. mal. II. p. 103. t. 50.
Habitat in Malabariæ arenosis, arbores scandens.
8. IPOMOEA foliis cordatis integerrimis, floribus confer- *violacea*.
 tis, corollis indivisis. *Sauv. morisp. 114. †*
Quamoclit foliis amplissimis cordiformibus. Plum. spec. 3.
Habitat in America meridionali.
9. IPOMOEA foliis cordatis acutis integerrimis, flori- *solanifolia*.
 bus solitariis. *Roy. lugdb. 430.*
Quamoclit solani folio, flore roseo. Plum. spec. 3.
Habitat in America.
10. IPOMOEA foliis cordatis integerrimis glabris lacu- *lucnosa*.
 notis, pedunculis bifloris.
Convolvulus stellatus, periplocæ rotundioris folio. Dill.
elth. 103. t. 87. f. 103.
Habitat in Carolina.
11. IPOMOEA foliis sagittatis postice truncatis, pedun- *glaucofolia*.
 culis bifloris.
Convolvulus foliis cordato-lanceolatis. Hort. cliff. 67.
Convolvulus stellatus arvensis, folio glauco. Dill. elth.
103. t. 87. f. 101.
Habitat in Mexicæ arvis.
12. IPOMOEA foliis trilobis cordatis, pedunculis trifloris. *triloba*.
Convolvulus pentaphyllos minor, flore purpureo? Slo-
an. janz. 55. hist. 1. p. 153. t. 97. f. 1. Raj. suppl.
381.
Habitat in America. ☉
Caulis volubilis, angulatus. Folia cordata, profunde tri-
loba: intermedio ovato; lateralibus semicordatis, in-
tegerrima, glabra. Pedunculi triflori. Corollæ cylin-
dricæ, violacæ. Stigmata duo, globosa. Capsulæ pi-
lofe.
- * * Floribus aggregatis.
13. IPOMOEA foliis trilobis, floribus aggregatis. *Fl. hepaticæfolia*
zeyl. 79.
Convolvulus indicus villosus, hederæ folio tripartito,
flore cæruleo. Herm. lugdb. 182.
Convolvulus zeylanicus hirsutus, foliis hepaticæ. Herm.
prodr. 327.
Habitat in Zeylona.

- ovatifolia.* 14. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis pilosis, floribus aggregatis.
Volubilis carolinienſis, tamni folio ſubhirsuto. *Dill. elth.* 428. t. 318. f. 414.
Habitat in Carolina.
- Pes tigridis.* 15. IPOMOEA foliis palmatis, floribus aggregatis. *Fl. zeyl.* 79.
Convolvulus zeylanicus villoſus pentaphyllos & heptaphyllos minor, *Pes tigrinus.* *Herm. lugdb.* 184. t. 187.
Act. bonon. 11. p. 2. p. 362. t. 23. f. 2.
Volubilis zeylanica, *Pes tigrinus* dicta. *Dill. elth.* 429. t. 318. f. 411.
Pulliſchovadi. *Rheed. mal.* 11. p. 121. t. 59.
Habitat in India.
- ægyptia.* 16. IPOMOEA foliis digitatis ſupra glabris, caule pilolo, pedunculis multifloris. *Hort. upſ.* 39.
Convolvulus foliis digitatis pilosis, caule pilolo. *Roy. lugdb.* 429.
Convolvulus americanus pentaphyllus & heptaphyllus major. *Herm. lugdb.* 183. t. 185. *Raj. biſt.* 1881.
Convolvulus ægypticus. *Vest. alp.* 73.
Herba non nominata. *Marcgr. braſ.* 54.
Habitat in America calidiorc. ☉
- quinquefolia* 17. IPOMOEA foliis digitatis glabris: foliolis ſeſſilibus, caule lævi.
Convolvulus foliis digitatis glabris, caule lævi. *Roy. lugdb.* 429.
Convolvulus quinquefolius glaber americanus. *Pluk. alm.* 116. t. 167. f. 6.
Habitat in America.

POLEMONIUM.

- æruleum.* 1. POLEMONIUM calycibus corollæ tubo longioribus.
Polemonium, *Fl. lapp.* 86. *Fl. ſuec.* 175. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 432. *Hall. helv.* 490.
Valeriana cærulea. *Baub. pin.* 164.
- α. Polemonium calycibus lanatis. *Hort. upſ.* 40.
- γ. Polemonium foliis pinnatis, radicibus reptatricibus. *Gron. virg.* 22.
Habitat in Europæ, Aſiæ, Americæ ſeptentrionalibus. 2.

2. POLEMONIUM calycibus tubo corollæ brevioribus: *rubrum*.
 Quamoclit pinnatum erectum, floribus in thyrsum digestis. *Dill. elth.* 321. t. 241. f. 312.
Habitat in Carolina cæterioris arenosis. B. Jussieu.
3. POLEMONIUM foliis inferioribus hastatis, superioribus lanceolatis *Gren. virg.* 142.
Habitat in Virginia.
Facies aliena a Polemonis, genus mihi dubium.

CAMPANULA.

α. Foliis lævioribus angustioribus.

1. CAMPANULA caule unifloro. *Fl. lapp.* 85: t. 9. *uniflora.*
f. 5. 6. Fl. succ. 177.
Habitat in alpinis Lapponicis. ☉
2. CAMPANULA cauliculis unifloris, foliis caulinis *pulla*:
 ovatis crenatis, calycibus cernuis.
Campanula alpina latifolia, flore pullo. Bauh. pin. 93.
prodr. 33. *Burf. IV.* 21.
- β. Campanula foliis subrotundis. *Bauh. pin.* 94 *prodr.* 34.
t. 35:
Habitat in Austria.
Radix filiformis, repens: Caules spithamei, erecti steruosi, filiformes, vero ramo uno alterove, coque florifero. Folia radicalia & caulina ovata, obtusa, subcrenata crenis distantibus, nuda, petiolata. Pedunculus terminalis. Flos cernuus: magnitudine C. rotundifolia, calyce levi. β. floribus pluribus in summitate caulis variat.
3. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Fl. lapp.* 83. *Fl. succ.* 176. *Hort. ups.* 65. *Roy. lugdb.* 247. *Dalib. paris:* 66
Campanula minor rotundifolia vulgaris. Bauh. pin. 93.
- β Campanula minor rotundifolia alpina *Bauh. pin.* 93.
prodr. 34. t. 34.
- γ. Campanula alpina linifolia cærulea. *Bauh. pin.* 93. *Fl. lapp.* 84. *it. gotl.* 229.
Habitat in Europæ pascuis. 2
4. CAMPANULA foliis strictis: radicalibus lanceolato-*patula*,
 ovalibus; panicula patula.
Campanula esculentæ facie, ramis & floribus patulis:
Dill. elth. 68. t. 58. f. 65.
Habitat in Angliæ, Sueciæ arvis. 3

- Rapunculus*. 5. **CAMPANULA** foliis undulatis : radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Hort. ups.* 40.
Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus, caule ramosissimo patulo. *Hort. cliff.* 65. *Dalib. paris.* 68.
Rapunculus esculentus. *Bauh. pin.* 92.
Rapunculum. *Dod. pempt.* 165.
Habitat in Helvetia, Anglia, Gallia. ♂
Folia lanceolata. Racemus terminalis: rami similes, breviores, erecti. Pedunculi terni sapius, intermedio longiore. Caulis angulatus, scaber.
- decurvens*. 6. **CAMPANULA** foliis caulinis lanceolatis ferratis decurrentibus. *Fl. suec.* 178.
Campanula minor rotundifolia, flore in summis caulibus. *Bauh. pin.* 93.
Habitat in Finlandia.
- perficifolia*. 7. **CAMPANULA** foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. *Fl. suec.* 179. *Dalib. paris.* 67.
Campanula foliis linearilanceolatis crenatis, caule longissimo simplicissimo, floribus raris. *Vir. cliff.* 17. *Hort. cliff.* 65. *Roy. lugdb.* 246.
Rapunculus perficifolius, magno flore. *Bauh. pin.* 93.
 β. *Rapunculus* nemorosus angustifolius, magno flore, major. *Bauh. pin.* 95.
Habitat in Europæ septentrionalis asperis. ♀
- pyramidalis*. 8. **CAMPANULA** foliis ovatis glabris subserratis, caule erecto paniculato: ramulis brevibus.
Campanula foliis ovatis glabris obsolete serratis, ramis brevissimis cauli approximatis. *Vir. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 246.
Campanula foliis ovatis margine cartilagineo crenatis, caule ramosissimo angustato. *Hort. cliff.* 64.
Rapunculus hortensis latiore folio: f. *Pyramidalis*. *Bauh. pin.* 93.
Habitat - - - - ♂
- americana*. 9. **CAMPANULA** caule ramoso, foliis lingviformibus crenulatis margine cartilagineo. *Roy. lugdb.* 246.
Campanula minor americana, foliis rigidis, flore cæruleo patulo. *Herm. lugdb.* 107.
Trachelium americanum minus, flore cæruleo patulo. *Dodart. mem.* 4. p. III. t. III.
Habitat in America.

10. CAMPANULA foliis lanceolatis: caulinis acute serratis, floribus paniculatis nutantibus. *Hort. upf.* 41.
 Campanula urticæ foliis glabra, floribus minoribus pendulis. *Amm. ruth.* 11. n. 17.
Habitat in Tataria, Sibiria. ♂
11. CAMPANULA foliis rhomboidibus ferratis, spica rhomboidalis secunda.
 Campanula foliis rhomboidibus ferratis, spica unilaterali subnuda. *Hall. helv.* 491.
 Campanula drabæ minoris foliis. *Bauh. pin.* 94. prodr. 36.
 Rapunculus teucris folio. *Barr. ic.* 78. 567.
 Rapunculus alpinus, (teucris folio) rhomboidalis. *Bocc. mus.* 75. t. 61.
Habitat in alpibus Helvetiæ, Italiæ.
12. CAMPANULA foliis longis laciniatis sublyratis. *laciniata.*
 Campanula græca taxatilis, jacobææ foliis. *Tournef. itin.* 1. p. 260. t. 260.
Habitat in Græciæ rupibus.
- β Foliis scabris latioribus.
13. CAMPANULA foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, floribus solitariis pedunculatis, fructibus cernuis. *vir. cliff.* 17. *Hort. cliff.* 65. *Fl. succ.* 180. *Roy. lugdb.* 245.
 Campanula maxima, foliis latissimis. *Bauh. pin.* 94.
Habitat in Angliæ, Sueciæ montosis, sepibus &
 Caulis simplicissimus, teres. Folia lanceolato-ovata, serrata. Flores ex alis superioribus, solitarii, pedunculati. Calyces glabri. Fructus cernui.
Habitat in Europæ borealis nemorosis humidiusculis. b

4. RHAMNUS inermis, floribus dioicis, stigmate triplici. *Alaternus.*

Vir. cliff. 19. *Hort. ups.* 47. *Sauv. monsp.* 95.

Rhamnus inermis, floribus polygamis, stigmatate triplici, foliis ferratis. *Hort. cliff.* 70. *Roy. lugdb.* 225.

Phyllica elatior. *Bauh. pin.* 477.

Phyllica humilior. *Bauh. pin.* 477.

Alaternus. 1. 2. *Clus. hist.* 1. p. 50.

Habitat in Europa australi. †

* * * *Aculeati.*

- Paliurus.* 5. RHAMNUS aculeis geminatis: inferiore reflexo, floribus trigynis. *Hort. cliff.* 69. *Hort. upf.* 47. *Roy. lugdb.* 224. *Sauv. monsp.* 306.

Rhamnus folio subrotundo, fructu compresso. *Bauh. pin.* 477.

Paliurus. *Dod. pempt.* 576.

Habitat in Europa australi. †

- Lorus.* 6. RHAMNUS aculeis geminatis: altero recurvo, foliis ovato-oblongis.

Zizyphus sylvestris. *Tournef. inst.* 627. *Shaw. afr.* 631. f. 631.

Habitat in Regno Tunetano. †

Frutex ramulis teretibus. Aculei duo ad exortum foliorum: altero horizontali, altero recurvo ut in *Paliuro*, sed Folia omnia *zizyphi*, figura, nervis, glabritie, magnitudine, at margo obsolete & rarius crenatus.

- Napeca.* 7. RHAMNUS aculeis subgeminatis recurvis, pedunculis corymbosis, floribus semidigynis, foliis serratis utrinque laevibus. *Fl. zeyl.* 87.*

Habitat in Zeylona. †

- Jujuba.* 8. RHAMNUS aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis, floribus semidigynis, foliis retulis subtus tomentosis. *Fl. zeyl.* 89.*

Jujuba indica spinosa, folio & fructu rotundo. *Pluk. alm.* 199. *Raj. dendr.* 44.

Habitat in India, †

- OEnopolia.* 9. RHAMNUS aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis subsessilibus, foliis semicordatis subtus tomentosis. *Fl. zeyl.* 88.

Jujuba aculeata, nervosis foliis infra sericeis flavis. *Burm. zeyl.* 131. t. 61.

Habitat in Zeylona †

- Zizyphus.* 10. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, floribus digynis, foliis ovato-oblongis. *Hort. cliff.* 69. *Mat. med.* 74. *Roy. lugdb.* 224. *Sauv. monsp.* 59.

Ju-

Jujuba sylvestris. *Baub. pin.* 446.

Zizyphus. *Dod. pempt.* 807.

- β. Jujubæ majores oblongæ. *Baub. pin.* 446.
Habitat in Europa australi. 5

- II. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, foliis ovatis. *Spina Christi Hort. cliff.* 63. * *Roy. lugdb.* 224.

Jujube f. Zizyphus africana, mucronatis foliis, spina gemella. *Pluk. alm.* 199. t. 197. f. 3.

Habitat in Æthiopia, Palæstina. 5

Arbustula e seminibus missis sub nomine Spinæ Christi.

Hierosolyma a D. Hasselquist.

PHYLICA.

1. PHYLICA foliis linearibus verticillatis. *ericoides.*

Phyllica foliis ovato-linearibus. *Hort. cliff.* 70. *Roy. lugdb.* 199.

Alaternoides africana, ericæ foliis, floribus albicantibus & muscosis. *Comm. hort.* 2. p. 1. t. 1.

Habitat in Æthiopia. 5

2. PHYLICA foliis linearibus subulatis: summis hirsutis. *Roy. pluriosa lugdb.* 199.

Ricinus arborescens africanus, tomentosis capitulis. *Seb. ices.* 1. p. 38. t. 23. f. 4. 5.

Chamælea africana tricoccus & tetracoccus taxifolia, villosa cæsarie coronata. *Pluk. mant.* 45. t. 342. f. 3.

Chamælea foliis angustis subtus incanis, floribus capitatis muscosis. *Burm. afr.* 117. t. 43. f. 2

Habitat in Æthiopia. 5

3. PHYLICA foliis ovatis sparsis. *buxifolia.*

Chamælea folio subrotundo subtus incano, floribus in capitalum collectis. *Burm. afr.* 119. t. 44. f. 1.

Chamælea africana, foliis subrotundis. *Herman. afr.* 6.

Habitat in Æthiopia. 5

CEANOTHUS.

- 1 CEANOTHUS foliis trinerviis. *americanus.*

Ceanothus corymbis folio longioribus. *Hort. ups.* 51.

Ceanothus. *Act. ups.* 1741. p. 77.

Celastrus inermis, foliis ovatis serratis trinerviis, racemis ex summis aîis longissimis. *Hort. cliff.* 73. *Grise. virg.* 25. *Roy. lugdb.* 437.

Evonymus novi belgii, corni feminae foliis. *Comm. hort.* 1. p. 167. t. 86. *Raj. dendr.* 69.

Evonymus, jujubinis foliis, carolinensis. fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm.* 139. t. 28. f. 6.
Habitat in Virginia, Carolina. ♀. ♂

- asiaticus.* 2. CEANOTHUS foliis ovatis enerviis.
 Ceanothus racemis folio brevioribus, *Fl. zeyl.* 98. *
Habitat in Zeylona. ♂
- africanus.* 3. CANOTHUS foliis lanceolatis enerviis, stipulis subrotundis.
 Celastus inermis, foliis lanceolatis obtuse ferratis petiolatis appendiculatis. *Hort. cliff.* 73. *Roy. Ingdb.* 435.
 Alaternoides africana, lauri ferratae folio. *Comm. prael.* 61. t. II.
 Ricinoides africana arborefcens, folio phillyreae longifoliae ferratae. *Seb. thes.* I. p. 35. t. 22. f. 6.
Habitat in Aethiopia: ♂

MYRSINE.

- africana.* 1. MYRSINE. *Hort. cliff.* 72. *
 Vitis idæa æthiopica, myrti tarentinae folio, flore atropurpureo. *Comm. hort.* I. p. 123. t. 64.
 Buxus africana rotundifolia ferrata *Pluk. alm.* 74. t. 80. f. 5.
 Frutex æthiopicus baccifera, foliis myrtilli. *Breyn. cent.* 9. t. 5.
Habitat in Aethiopia. ♂

CELASTRUS.

- bullatus.* 1. CELASTRUS inermis, foliis ovatis integerrimis.
 Evonymoides virginiana, foliis non ferratis, fructu coccineo eleganter bullato. *Isnard. act.* 1716. p. 369.
 Evonymus virginianus rotundifolius, capsulis coccineis eleganter bullatis. *Pluk. alm.* 139. t. 28. f. 5.
Habitat in Virginia. ♂
- scandens.* 2. CELASTRUS inermis, caule volubili.
 Evonymoides canadensis scandens, foliis ferratis. *Isn. act.* 1716. p. 369.
 Frutex viminibus lentis infirmis, foliis profunde ferratis, *Gron. virg.* 55.
Habitat in Canada. ♂
- myrtifolius.* 3. CELASTRUS inermis, foliis ovatis ferrulatis floribus racemosis, caule erecto. *Hort. cliff.* 72.

Myr-

Myrtifolia arbor, foliis latis subrotundis, flore albo racemoso. *Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 79. t. 193. f. 1.*
Raj. dendr. 36.

Habitat in Virginia, Jamaica. ♀

4. CELASTRUS spinis foliosis, ramis angulatis, foliis buxifolius, obtusis. *Hort. cliff. 73. Roy. lugdb. 43+.*

Lycium portoricense, basi foliis angustioribus. *Pluk. alm. 234. t. 202. f. 3.*

Habitat in Æthiopia. ♀

Rami & ramuli angulati. Folia obovata, obtusa, acute serrata. Cymæ pedunculatæ, ex alis.

5. CELASTRUS spinis nudis, ramis teretibus, foliis a-pyracanthus cutis. *Hort. cliff. 72.*

Lycium æthiopicum, pyracanthæ folio. *Comm. hort. 1. p. 163. t. 84. Raj. dendr. 72.*

Evonymo affinis æthiopica, lycii foliis & aculeis, fructu evonymi. *Pluk. alm. 139. t. 280. f. 5.*

Habitat in Æthiopia. ♀

Rami & ramuli teretiusculi. Folia ovali-lanceolata, utrinque acuta, in petiolos desinentia, superne serraturis acuminatis ut fere spinosis, persistentia; Cymæ pedunculatæ, laterales.

EVONYMUS.

1. EVONYMUS floribus plerisque quadrifidis. *europæus.*

Evonymus foliis oblongo-ovatis. *Hort. cliff. 38. Fl. suec. 133. Roy. lugdb. 436. Hall. belv. 523.*

Evonymus vulgaris, granis rubentibus. *Baub. pin. 428. tenuifolius.*

Evonymus 2. *Clus. hist. 1. p. 57.*

- β. Evonymus latifolius. *Baub. pin. 428. latifolius.*

Evonymus 1. f. latifolia. *Clus. hist. 2. p. 56.*

Habitat in Europæ septibus 1. in Pannonia. ♀

Ex flore primario convenit cum congeneribus. *Phil. Bot. 178.*

2. EVONYMUS floribus omnibus quinquefidis. *americanus. ✓*

Evonymus foliis lato-lanceolatis serratis. *Hort. upf. 30.*

Evonymus foliis lanceolatis. *Gron. virg. 17.*

Evonymus virginianus, pyracanthæ foliis, capsula verrucarum instat exasperata. *Pluk. alm. 139. t. 115. f. 5.*

Celastrus foliis oppositis ovatis integerrimis, floribus subsolitariis. *Hort. cliff. 32.*

Rhus virginianum, folio myrti. *Comm. hort. 1. p. 157. t. 81. Raj. dendr. 57.*

Habitat in Virginia. ♀

DI-

DIOSMA.

- oppositifolia.* 1. DIOSMA foliis subulatis acutis oppositis. *Hort. cliff.* 71. *Roy. lugdb.* 434.
Spiræa africana, foliis cruciatim positis. *Comm. rar.* 1. t. 1.
Hypericum africanum vulgare. *Seb. thes.* 2. p. 41. t. 40. f. 5.
Habitat ad Caput b. Spei. 5
- hirsuta.* 2. DIOSMA foliis linearibus hirsutis. *Hort. cliff.* 71. *Roy. lugdb.* 434.
Spiræa africana odorata, foliis pilosis. *Comm. rar.* 3. t. 3.
Habitat ad Caput b. Spei. 5
- rubra.* 3. DIOSMA foliis linearibus acutis glabris subtus bifariam punctatis.
Diosma foliis setaceis acutis. *Hort. cliff.* 72.
Spiræa africana odorata, floribus (saverubentibus). *Comm. rar.* 2. t. 2.
Erica æthiopica, rosmarini sylvestris folio eleganter punctato, flore tetrapetalo purpureo. *Pluk. mant.* 68. t. 347. f. 4.
Habitat in Æthiopia. 5
- ericoides.* 4. DIOSMA foliis lineari-lanceolatis subtus convexis bifariam imbricatis.
Spiræa africana, ericæ bacciferæ foliis. *Raj. dendr.* 91.
Ericæformis, coridis folio, æthiopica, floribus pentapetalis in apicibus. *Pluk. amalth.* 236. t. 279. f. 5.
Habitat in Æthiopia. 5
- caliata.* 5. DIOSMA foliis lanceolatis ciliatis.
Spirææ forte genus africanum, serpilli hirsutis foliis, fruticosum, floribus albis umbellatis. *Pluk. amalth.* 197. t. 411. f. 3.
Habitat in Æthiopia. 5
- lanceolata.* 6. DIOSMA foliis lanceolatis glabris.
Spiræa africana, saturejæ foliis brevioribus. *Raj. dendr.* 91.
Habitat in Æthiopia. 5
- uniflora.* 7. DIOSMA foliis ovato-oblongis, floribus solitariis terminalibus.
Citrus humilis æthiopicus, inferioribus foliis rosmarini sylvestris punctatis, cæteris autem serpilli subrotundis, flore carneo. *Pluk. mant.* 49. t. 342. f. 5.
Habi-

Habitat in Æthiopia, h
 Folia rigidiora, & longe majora, quam in precedentibus. Flos eijam sextuplo major: marginē ut & subtus punctatus.

BRUNIA.

1. BRUNIA foliis quadrifariam imbricatis. *Hort. cliff. nodiflora.*
 70.
 Cupresso-Pinulus capitatus b. spei. *Breyn. cent. 22. t. 10.*
 Erica capitata f. nodiflora cupressiformis africana. *Pluk. mont. 69. t. 346. f. 4.*
 Scabiosæ affinis Arbuscula africana ericoides sphaerocephalos. *Raj. hist. 1444.*
Habitat in Æthiopia. h
2. BRUNIA foliis linearibus patulis. *Hort. cliff. 71. lanuginosa.*
 Tamariscus monomapatensis, ericæ tenuissimo folio, pilulitero, ramulis lanugine araneorum instar implexis. *Pluk. alm. 361. t. 318. f. 4.*
Habitat in Æthiopia. h
3. BRUNIA foliis ovatis acuminatis ciliatis. *ciliatis.*
Habitat in Æthiopia.
4. BRUNIA foliis lineari-lanceolatis confertis. *akrotanoideæ*
 Brunia foliis creberrimis lanceolatis, floribus conglobatis. *Burm. afric. 266. t. 100. f. 1.*
 Levissanus africanus, ericæ folio, capitulo majore. *Raj. dendr. 130.*
Habitat in Æthiopia. h
5. BRUNIA foliis obovatis tomentosis. *Levissanus.*
 Brunia foliis oblongis incanis, florum capitulo ramulam terminante. *Burm. afric. 267. t. 100. f. 2.*
 Levissanus capensis, serpylli folio. *Pet. gaz. 9. t. 5. f. 7.*
 Erica capitata f. nodiflora, corios foliolis rectis, æthiopica. *Pluk. mant. 69. t. 346. f. 7.*
Habitat in Æthiopia. h
6. BRUNIA floribus solitariis. *Hort. cliff. 71. unijlora.*
 Ericæformis æthiopica, cupressi foliis compressiusculis. *Pluk. alm. 136. t. 279. f. 2.*
Habitat in Æthiopia. h

ITEA.

1. ITEA. *Gron. virg. 143. virginica.*
 Diconangia. *Mitch. gen. 5.*
Habitat in Virginia. h

GALAX.

ephylla. 1. GALAX.Viticella. *Mitch. gen.* 24.Anonymos f. Belvedere. *Gron. virg.* 25.*Habitat in Virginia.* 2

MANGIFERA.

indica. 1. MANGIFERA.Mangifera arbor *Bon. jav.* 95. *Fl. zeyl.* 471.Manga indica, fructu magno reniformi. *Raj. hist.* 1550.Pericæ similis, putamine villoso. *Baub. pin.* 440.Mao f. Mau f. Manghos. *Rheed. mat.* 4. p. 1. t. 1. 2.*Habitat in India.* 5*Racemus compositus, brachiatus; an flores omnes hermaphroditi?*

CUPANIA.

americana. 1. CUPANIA.Cupania castanea folio, fructu sericeo & ramoso. *Plum. gen.* 45.*Habitat in America calidior.* 5

Folia alterna, obovata, oblonga, obtusa, dentato-serrata. nervis transversalibus crassis. Flores racemosi.

RIBES.

* *Ribesia inermia.**rubrum.* 1. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis.

Ribes inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis.

Hort. cliff. 82. *Fl. suec.* 197. *Hort. ups.* 59. *Mat. med.*99. *Vir. cliff.* 21. *Roy. lugd.* 270. *Dalv. parif.* 75.Ribes vulgare acidum. *Baub. hist.* 2. p. 97. *Fl. i. pp.* 68.

Grossularia, multiplici acino, l. non spinosa hortensis

rubra. *Baub. pin.* 455.β. Grossularia hortensis, fructu margaritis simili. *Baub. pin.* 455.*Habitat in Sueciæ borealibus.* 5*alpinum.* 2. RIBES inerme, racemis erectis: bracteis flore longioribus.

Ribes inerme, floribus planiusculis, racemis erectis.

Hort. cliff. 82. *Fl. suec.* 198.Ribes alpinum dulce. *Baub. hist.* 2. p. 98. *Fl. tapp.* 97.Grossularia vulgaris fructu dulci. *Baub. pin.* 455.

β. Ri-

- β. Ribes montana, oxyacanthæ sapore. *Bauh. prodr.* 160.
Amœn. acad. 1. p. 170.
Habitat in Sueciæ, Helvetiæ, Angliæ *sepibus siccis.* †
3. RIBES inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. *nigrum.*
 Ribes inerme, floribus oblongis. *Hort. cliff.* 269. *Hort.*
ups. 51. *Fl. suec.* 196. *Mat. med.* 100. *Roy. lugdb.*
 269. *Dalib. par.* 74.
 Ribes vulgare, fructu nigro. *Radb. vall.* 32. *Fl. lapp.* 99.
 Grossularia non spinosa, fructu nigro. *Bauh. pin.* 455.
 β. Ribesium nigrum pennsylvanicum, floribus oblongis.
Dill. elth. 324. t. 246. f. 315.
Habitat in Suecia, Helvetia, Pennsylvania. †
 † *Grossulariæ aculeata.*
4. RIBES ramis subaculeatis reclinatiss, pedunculi bractea reclinatiss,
 triphylla.
 Ribes ramis subaculeatis reclinatiss. *Hort. cliff.* 82. *Hort.*
ups. 51. *Roy. lugdb.* 270.
 Grossularia spinosa sativa altera, foliis latioribus. *Bauh.*
pin. 455.
Habitat in Germania, Helvetia. †
5. RIBES ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis *Grossularia.*
 hirsutis.
 Ribes ramis aculeatis, racemis erectis, baccis hirsutis.
Hort. cliff. 82.
 Ribes ramis aculeatis erectis, fructu hispido. *Vir. cliff.*
 21. *Roy. lugdb.* 269.
 Grossularia fructu maximo hispido margaritarum fere
 colore. *Raj. hist.* 1484.
Habitat in Europa. †
6. RIBES ramis undique aculeatis. *Hort. ups.* 51. *oxyacantho-*
 Grossularia oxyacanthæ foliis amplioribus, e sinu huds- *des.*
 nis. *Pluk. amalb.* 212. *Dill. elth.* 166. t. 139. f. 116.
Habitat in Canada. †
7. RIBES racemis aculeatis, baccis glabris, petioli bractea *Uva crassa*
 monophylla.
 Ribes ramis aculeatis erectis, fructu glabro. *Hort. cliff.*
 82. *Fl. suec.* 195. *Roy. lugdb.* 273. *Hall. helv.* 346.
Dalib. par. 74.
 Grossularia simplici acino vel spinosa sylvestris. *Bauh.*
pin. 455.
Habitat in Europa boreali. †

- cynosbati.* 8. RIBES aculeis subaxillaribus, baccis aculeatis racemosis.
Habitat in Canada. Kalm. †
Facies præcedentium. Folia parum fissa. Aculeus instar
spine subalis. Baccæ magnitudine nucis coryli, uædi-
que armata aculeis robustis.

GRONOVIA.

- standens.* 1. GRONOVIA. *Hort. cliff. 74.*
Gronovia scandens lappacca, pampinea fronde. Houtt.
Mart. cent. 1. p. 40. t. 40. Amm. herb. 346.
Habitat in Vera Cruce.

HEDERA.

- Helix.* 1. HEDERA foliis ovatis lobatisque. *Fl. lapp. 91. Fl.*
suæc. 190. Hort. cliff. 74. Mat. med. 98. Roy. lugdb.
223. Hall. belv. 164.
Hedera arborea. Bauh. pin. 305.
 β. *Hedera poetica. Bauh. pin. 305.*
 γ. *Hedera major sterilis. Bauh. pin. 305.*
Habitat in Europæ arboribus putrescentibus, inque sepi-
bus. †
- quinquefolia* 2. HEDERA foliis quinatis ovatis ferratis. *Hort. cliff.*
74. Roy. lugdb. 223. Gron. virg. 24.
Vitis hederacea indica. Stapel. theatr. 364.
Edera quinquefolia canadensis. Corn. canad. 99. t. 100.
Helix. Mitch. gen. 30.
Habitat in Canada. †
Capsula utrinque turbinata, bilocularis, polysperma. Flo-
res masculi a femineis distincti D. Mitchell.

VITIS.

- vinifera.* 1. VITIS foliis lobatis sinuatis nudis.
Vitis foliis palmato-angulatis. Hort. cliff. 74. Horr.
upf. 50. Mat. med. 97. Gron. virg. 144. Roy. lugdb.
222.
Vitis vinifera. Bauh. pin. 229.
- apyrena.* β. *Vitis corinthiaca s. apyrena. Bauh. hist. 2. p. 72.*
Habitat in Oreois quatuor partibus temperatis. †
- indica.* 2. VITIS foliis cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis ra-
 cemiferis. *Fl. zeyl. 99. **
Vitis sylvestris indica, acinis rotundis. Raj. dendr. 67.
Habitat in India. †

3. VITIS foliis cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis. *Labrusca*.
 Vitis sylvestris virginiana. *Bauh. pin.* 299.
 Vitis vinifera sylvestris americana, foliis averia parte densa lanugine tectis. *Pluk. phyt.* 249. f. 1.
 Vitis fructu minore rubro acerbo, folio subrotundo minus laciniato, subtus alba lanugine tecto. *Sloan. hist.* 2. p. 104. t. 210. f. 4.
Habitat in America septentrionali. †
4. VITIS foliis cordatis dentato-ferratis utrinque nudis. *vulpina*.
 Vitis vulpina dicta virginiana nigra. *Pluk. alm.* 392.
 Vitis aceris folio. *Raj. dendr.* 68.
Habitat in Virginia. †
5. VITIS foliis ternatis: foliolis subrotundis ferratis. *trifolia*.
 Vitis pearne doorica, foliis ternis subrotundis ferratis.
Raj. dendr. 68.
Habitat in India. †
6. VITIS foliis quinatis: foliolis multifidis. *Hort. cliff. laciniosa*.
 74. *Roy. Lugdb.* 223.
 Vitis laciniatis foliis. *Corn. canad.* 182. t. 183.
 Vitis apii folio. *Bauh. hist.* 2. p. 73.
Habitat - - - - †
7. VITIS foliis supradecompositis: foliolis lateralibus pinatis. *arbores*.
 Vitis caroliniana, foliis apii, uva corymbosa purpurascente. *Aët. bonon.* 2. part. 2. p. 365. t. 24.
 Frutex scandens, petroselinii foliis, virginianus clavicularis donatus. *Pluk. mant.* 85. t. 412.
Habitat in Carolina, Virginica. †

LAGOECIA.

1. LAGOECIA. *Hort. cliff.* 73. *Hort. ups.* 52. *Cuminoides*.
 Cuminum sylvestre, capitulis globosis. *Bauh. pin.* 186.
 Cuminum sylvestre. *Cam. epit.* 518.
Habitat in Creta, Lemno, Lysia, Galatia. ☉

SAUVAGESIA.

1. SAUVAGESIA. *erecta*.
Habitat in Domingo.
 Habitus Hyperici aut Corchori. Caulis erectus. Folia alterna, ovato-lanceolata, obtuse ferrata. Stipulæ acutæ, ciliatæ.

CLA-

CLAYTONIA.

- virginica.* 1. CLAYTONIA foliis linearibus.
 Claytonia. *Gron. virg.* 25.
 Ornithogalo affinis virginiana, flore purpureo pentapeta-
 loide. *Pluk. alm.* 272. t. 102. f. 3. *Rudb. clyf.* 2.
 p. 139. f. 6.
Habitat in Virginia. 2
- sibirica.* 2. CLAYTONIA foliis ovatis. *Hort. upf.* 52. *
 Limnia. *Act. stockb.* 1746. p. 130. t. 5. *
Habitat in Sibiria 2

ACHYRANTHES.

- aspera.* 1. ACHYRANTHES caule erecto, calycibus reflexis spi-
 cæ adpressis. *Fl. zc-l.* 105.
 Achyranthès caule erecto. *Hort. cliff.* 42. *Roy. lugdb.*
 418.
- ficula.* α. Amaranthus ficulus spicatus. *Bocc. sic.* 16. t. 9. *Pluk.*
phyt. 260. f. 2.
- indica.* β. Amaranthus spicatus zeylanicus, foliis obtusis amaran-
 tho ficulo boeconi similibus. *Burm. zeyl.* 16. t. 5. f. 3.
 Amaranthus spicatus, dictamni cretici folio, inadera-
 spatensis. *Pluk. alm.* 26. t. 60. f. 4.
Habitat in Sicilia, Zeylona, Jamaica. 5
Planta indica β foliis obtusioribus differt a ficula.
- lappacea.* 2. ACHYRANTHES caule erecto, spica interrupta, flo-
 ribus externe lanatis.
 Achyranthès floribus externe lanatis interrupte spicatis.
Fl. zeyl. 103.
 Blitum scandens, fructu lappacco. *Burm. zeyl.* 47. t.
 18. f. 1.
 Centaurium ciliare minus, circææ foliis firmioribus, spi-
 catis floribus. *Pluk. alm.* 93. t. 82. f. 2.
 Welila-Codiveli. *Rheed. mal.* 10. p. t. 59.
Habitat in India.
- lanata.* 3. ACHYRANTHES caule erecto, spicis ovatis latera-
 libus, calycibus lanatis.
 Chenopodium incanum racemosum, folio majore mi-
 nori opposito. *Burm. zeyl.* 60. t. 26. f. 1.
 Amaranthus indicus verticillatus albus, foliis lanugine in-
 canus. *Pluk. alm.* 27. t. 75. f. 8.
 Scherubala. *Rheed. mal.* 10. p. 57. t. 29.
Habitat in India.

4. ACHYRANTHES caule repente, capitulis lateralibus *repens*,
 sessilibus.
 Achyrantha repens, foliis bliti pallidi. *D. ill. el. b.* 8. t. 7.
 f. 7.
Habitat in Turcomannia. ☉
5. ACHYRANTHES foliis oppositis linearibus, panicula *corymbosa*
 dichotoma. *Fl. zeyl.* 100.
 Paronychia foliis ad genicula confertis acutis, floribus
 umbellatis. *Burm. zeyl.* 184. t. 65. f. 2.
 Amaranthus folio tenuissimo incano mollugini æmulan-
 te. *Bocc. mus.* 44. t. 39.
 Elichryso affinis herba indica polygonoides ramosior, fo-
 liis caulium nodos ambientibus. *Pluk. alm.* 134. t. 8.
 f. 6.
Habitat in Zeylona.

CELOSIA.

1. CELOSIA foliis lanceolatis, pedunculis angulatis, *argentea*.
 spica ovato-oblonga.
 Celosia foliis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 43. * *Roy.*
lugdb. 419.
 Amaranthus spica albescente habitiore. *Mart. cent.* 7. t. 7.
Habitat in America. ☉
2. CELOSIA foliis oblongo-ovatis, pedunculis teretibus *crispata*,
 subtstriatis, spica oblonga.
 Celosia foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 43. *Hort.*
ups. 52. *Roy. lugdb.* 419.
 Amaranthus panicula incurva. *Bauh. pin.* 121.
- β. Amaranthus cristatus. *Cam. epit.* 792.
Habitat in India? ☉
3. CELOSIA foliis lanceolatis tomentosis obtusis, spicis *lanata*,
 confertis, staminibus lanatis. *Fl. zeyl.* 102. *
Habitat in Zeylona.
4. CELOSIA foliis cuneiformibus acutiusculis, spicis glo- *nodiflora*.
 bosis lateralibus. *Fl. zeyl.* 101. *
 Amaranthoides indicum nodiflorum, capitulis ex albo vi-
 rescentibus. *Burm. zeyl.* 16. t. 5. f. 2.
 Amaranthoides indicum globosum, ad caulium nodos
 floridum, foliis solitariis summo apice barbatis. *Pluk.*
alm. 27. t. 133. f. 2.
Habitat in Zeylona.

- paniculata.* 5. CELOSIA foliis lanceolato-ovatis, panicula diffusa filiformi. *Gron. virg.* 144.
 Amaranthus panicula flavicante gracili holosericea. *Sloan. jam.* 49. *hist.* 1. p. 142. t. 90.
 Amaranthus nodosus, pallescentibus foliis bliti parvis, americanus, multiplici speciosa spica laxa, l. panicula sparsa candicante. *Pluk. alm.* 26. t. 261. f. 1.
Habitat in America septentrionali

ILLECEBRUM.

- verticillatum,* 1. ILLECEBRUM floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus.
 Illecebrum caulibus procumbentibus. *Roy. lugdb.* 214.
Dalib. paris. 76. 126.
 Illecebrum. *Hort. cliff.* 492.
 Paronychia serpillifolia palustris. *Vaill. paris.* 157. t. 15. f. 1.
 Polygala repens nivea. *Bauh. pin.* 215.
Habitat in Europæ pascuis nudis.
- sessifruticosum,* 2. ILLECEBRUM floribus lateralibus foliatis, caulibus suffruticosis.
 Illecebrum caule erecto. *Roy. lugdb.* 214.
 Polygonum herniariæ foliis. *Lob. adv.* 404? *Dalech. hist.* 1124?
 Paronychia hispanica fruticosa, myrti folio. *Tournef. inst.* 508.
Habitat in Hispania.
- cymosum.* 3. ILLECEBRUM spicis cymosis secundis, caule diffuso.
 Polygoni hispanici genus Clusii. *Dalech. hist.* 1125?
Habitat Monspelii. D. Sauvages. ☉
 Planta facie Sedi aut Polygoni; caulis filiformis, brachiatus. Folia opposita, linearia, crassiuscula. Flores digressi in spicas secundas, Spicæ in cymas tam laterales quam terminales. Calyces margine membranaceo ut in Statice, terminati setis quinque.
- Paronychia.* 4. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus.
 Herniaria squamis nitidis flores superantibus. *Hort. cliff.* 41. *Hort. usq.* 54. *Roy. lugdb.* 215. *Saxo. monsp.* 129.
 Paronychia hispanica. *Clus. hist.* 2. p. 183.
 Polygonum minus candicans, *Bauh. pin.* 231.
Habitat in Hispania & Narbona. &

5. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis occultatis, *capitatum*, capitulis terminalibus, caule erecto.
 Herniaria erecta, squamis nitidis flores occultantibus.
Sauv. monsp. 129.
 Paronychia narbonensis erecta. *Tournef. inst.* 508.
 Polygonum minus candicans, capitulis surrectis. *Magn. monsp.* 209.
 Polygonum montanum niveum minimum. *Lob. ic.* 420.
Habitat in G. Narbonensis, Hispania.

GLAUX.

1. GLAUX. *Hort. cliff.* 43. *Fl. suec.* 199. *Roy. lugdb. maritima*, 417.
 Glaux foliis elliptico-oblongis. *Fl. lapp.* 72.
 Glaux maritima. *Bauh. pin.* 215.
 Alime bifolia, fructu coriandri, radice geniculata. *Læfel pruss.* 13. t. 3.
Habitat in Europæ maritimis, salsis. &

THESIUM.

1. THESIUM panicula foliata, foliis linearibus. *Linophyllum*,
 Thesium. *Hort. cliff.* 41. *Hall. herb.* 183. *Dalib. parif.* 75.
 Thesium floribus sparsis. *Sauv. monsp.* 48.
 Linaria montana, flosculis albicantibus. *Bauh. pin.* 213.
 Sesamoides procumbens montanum, linariæ folio, floribus albicantibus. *Meris. hist.* 3. p. 601. f. 15. t. 1. f. 3.
 Anonymos lini folio. *Clus. hist.* 1. p. 324.
 β. Onobrychis IV lutea. *Bauh. pin.* 215. *Dalech. hist.* 491.
Habitat in Europæ siccis montosis. ☉
2. THESIUM floribus sessilibus lateralibus, foliis linearibus, *alpinum*,
 bus.
 Alchimilla alpina, linariæ foliis, calyce florum albo in foliorum alis. *Till. pis.* 6.
 Alchimilla linariæ folio, floribus & vasculis in foliorum alis sessilibus. *Shaw. spec.* 14.
Habitat in Italiæ alpinis.
3. THESIUM floribus capitatis, foliis triquetris. *capitatum*,
 Thesium floribus capitatis. *Roy. lugdb.* 214.
 Thymelæa foliis linearibus alternis, floribus ex uno petiolo copiosis. *Burm. afric.* 133. t. 48. f. 3.
 Thymelæa africana, lini angulto folio, floribus albis villosis. *Raj. dendr.* 55.
Habitat in Æthiopia. ♀
4. THE-

- umbellatum.* 4. **THESIUM** floribus umbellatis, foliis oblongis.
Centaurium luteum atcyroides virginianum. *Pluk. mant.*
43. t. 342. f. 1.
Habitat in Virginia, Pennsylvania pascuis siccis. Kalm. 2
Radix perennis. Folia alterna, ovali-lanceolata, integerrima. Rami alterni, in summitate caulis: Umbellula terminales: involucri tetraphyllo, parvo: Flosculi 5

RAUVOLFIA.

- tetraphylla.* 1. **RAUVOLFIA.** *Hort. cliff.* 75. t. 9.
Rauvolfia tetraphylla angustifolia. *Plum. gen.* 19.
β. Rauvolfia tetraphylla latifolia. *Plum. gen.* 19.
Habitat in America calidiore. b

CERBERA.

- Abouaj.* 1. **CERBERA** foliis ovatis.
Thevetia. Hort. cliff. 75. *Roy. lugdb.* 413.
Abouaj. Thev. antarct. 66. *Tournef. inst.* 658. *Raj. hist.* 1676.
Abouaj major. Pis. bras. 49.
Arbor americana, foliis pomi, fructu triangulo. *Bauh pin.* 434.
Habitat in Brasilia. b
- Manghas.* 2. **CERBERA** foliis lanceolatis: nervis transversalibus
Fl. zeyl. 106. *
Manghas lactescens, foliis nerji crassis venosis, jasmini flore, fructu perfici simili venenato. *Burm. zeyl*
150. t. 70. f. 1.
Manghas fructu venenato. *Bauh. pin.* 440. *Raj. hist.* 1552
Odollam. Rheed. mal. 1. p. 71. t. 39.
Habitat in Indiis ad aquas. b
Arbor lactescens. Folia alterna, sparsa ad apices ramorum, lato-lanceolata, petiolata, glabra, integerrima, pedalia. Racemi terminales, ramosi, inaequales. Perianthium pentaphyllum foliolis lanceolatis, patentibus, coloratis, deciduis. Corolla alba, infundibuliformis: Tubo calyce longiore, interne angulato. Limbo quinquepartito, lobis ovatis, tubo brevioribus. Stam. Filamenta 5, brevissima, tubi superiori parti inserta. Antherae ovatae, tetragonae, tectae lanugine tubi. Pist. Germen bifidum. Stylus filiformis, tubo fere brevior. Germen ovatum, fissum. Pericarpium Drupa ovata, magnitudine ovi anseris, viride punctis albis minutissimis, uno latere compressum suturaque obsoleta; Semina

mina 2, *veluti duas castanèas magnas includens, venocatus, vomitorius. Osbeck.*

3. CERBERA foliis linearibus longissimis confertis. *Thevetia,*
 Ahouaj nerii folio, flore luteo. *Plum. spec.* 20.
 Nerio affinis angustifolia lactescens, flore luteo. *Pluk.*
alm. 253. t. 207. f. 2.
Habitat in America calidiore. ♀

VINCA.

1. VINCA caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-minor.
 ovatis.
 Vinca foliis ovatis. *Hort. cliff.* 77. *Hort. ups.* 53. *Mat.*
med. 101. *Roy. lugdb.* 412. *Dalib. paris.* 75.
 Clematis Daphnoides minor. *Bauh. pin.* 301.
 Clematis Daphnoides. *Dod. pempt.* 405.
Habitat in Germania, Anglia, Gallia. ♀
2. VINCA caulibus erectis, foliis ovatis. major,
 Clematis Daphnoides major. *Bauh. pin.* 302. *Dod.*
pempt. 406.
Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania. ♀
Hec species vix sufficienter a priori distincta, licet ma-
ior erectior, quod a loco vel parentibus ortum suspica-
mur; qui itaque conjungere velit vix errat

NERIUM.

1. NERIUM foliis lineari-lanceolatis ternis. *Hort. cliff.* Oleander,
 76. *Hort. ups.* 53. *Fl. zeyl.* 108. *Roy. lugdb.* 412
 Nerium floribus rubescentibus. *Bauh. pin.* 464.
 Rhododendrum. *Dod. pempt.* 851.
Habitat in Creta, Palæstina, Syria, India. ♀
2. NERIUM foliis lanceolato-ovatis, ramis divaricatis. divaricatum
Fl. zeyl. 109. *
 Apocynum zeylanicum indicum frutescens, nerii flore
 candidissimo. *Herm, par.* 40.
Habitat in India. ♂
3. Nerium foliis ovatis acuminatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 107. antidyfente-
Mat. med. 102. ricum,
 Codaga pala. *Rheed. mal.* 1. p. 85. t. 47.
Habitat in India. ♀

PLUMERIA.

PLUMERIA foliis ovato-oblongis. *Hort. cliff.* 76. rubra-
Roy. lugdb. 412.

Plumeria flore roseo odoratissimo. *Tournef. inst.* 659.

Catesb. car. 2. p. 92. t. 92.

Nerium arboreum, folio maximo obtusiore, flore incarnato. *Sloan. jam.* 154, *hist.* 2. p. 61. t. 185. f. 1. & t. 186. f. 1.

Jasminum indicum. *Mer. surin.* 8. t. 8.

Clematis arborea americana, laurinis amplissimis foliis, flore laccæ colore odoratissimo. *Pluk. munt.* 50. *alm.* 109. t. 207. f. 2.

Habitat in Jamaica, Surinamo. †

alla.

2. PLUMERIA foliis lanceolatis revolutis, pedunculis superne tuberosis.

Plumeria flore niveo, foliis longis angustis & acuminatis. *Tournef. inst.* 659.

Apocynum americanum frutescens, longissimo folio, flore albo odoratissimo. *Comm. hort.* 2. p. 47. t. 24.

Nerium arboreum altissimum, folio angusto, flore albo. *Sloan. jam.* 154. *hist.* 2. p. 62. *Raj. dendr.* 114. *Herm. parad.* 49.

Habitat in Jamaica.

obtus.

3. PLUMERIA foliis lanceolatis petiolatis obtusis.

Plumeria flore niveo, foliis brevioribus obtusis. *T. Catesb. car.* 2. p. 93. t. 93.

Habitat in America calidiore. †

CAMERARIA.

latifolia.

1. CAMERARIA foliis subrotundis utrinque acutis. *Hort. cliff.* 76. *Roy. lugdb.* 412.

Cameraria lato myrti folio. *Plum. gen.* 18.

Habitat in America calidiore.

angustifolia.

2. CAMERARIA foliis linearibus. †

Cameraria angusto linearis folio. *Plum. gen.* 18.

Habitat in America calidiore.

TABERNÆMONTANA.

citrifolia.

1. TABERNÆMONTANA foliis oppositis lanceolatis. *Tabernæmontana* foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 76. *Roy. lugdb.* 413.

Tabernæmontana citri foliis undulatis. *Plum. gen.* 18.

Pala. Rheed. mal. 1. p. 81. t. 46.

Habitat in utraque India. †

laurifolia.

2. TABERNÆMONTANA foliis oppositis ovatis. † *Tabernæmontana* laurifolia, flore albo, fructu rotundiore. *Ann. herb.* 212.

Ne-

Nerium arborcum, folio latiore obtuso, flore luteo minore. *Sloan. jam. 154. hist. 2. p. 62 t. 185. f. 2.*
Habitat in Jamaica ad ripas fluviorum. 5.

3. TABERNÆMONTANA foliis alternis. *Niternifolia*
 Curutu-pala. *Rheed. mal. 4. p. 1. 43.*
Habitat in Malabar. 5.

CEROPEGIA.

1. CEROPEGIA umbellis pendulis, floribus erectis. *Candela-brum.*
 Niotra-niodem-valli. *Rheed. mal. 9. p. 27. t. 16.*
Habitat in Malabar. 2.
2. CEROPEGIA pedunculis bifloris. *Fl. zeyl. 46. ** *biflora.*
Habitat in Zeylona. 2.

DIGYNIA.

PERIPLUCA.

1. PERIPLUCA floribus interne hirsutis. *græca.*
Peripluca foliis lanceolato-ovatis. Hort. cliff. 78. Roy. lugdb. 410.
Peripluca folio oblongo. Baub. pin. 303.
Apocynum 2 angustifolium. Clas. hist. 1. p. 125.
Habitat in Syria. 2.
2. PERIPLUCA spicis imbricatis. *indica.*
*Peripluca foliis ovatis acutis glabris, spicis imbricatis. Fl. zeyl. 113. **
Apocynum caule volubili perenni, foliis ovato-lanceolatis. Roy. lugdb. 412.
Peripluca foliis angustis acutis glabris. Burm. zeyl. 187. t. 83. f. 1.
Apocyni genus scandens ex india orientali. Pluk. mant. 17. t. 359. f. 2.
Habitat in Zeylona. 5.
3. PERIPLUCA caule hirsuto. *africana.*
Cynanchum caule volubili ramoso, foliis subovatis cum acumine. Hort. cliff. 79.
Apocynum scandens africanum, vineæ pervincæ foliis, tubincanum. Comm. rar. 18. t. 18.
Apocynum scandens africanum, convolvuli minoris folio. & caule hirsuto. Pluk. alm. 37. t. 137. f. 4.
Apocynum indicum minus, nummulariæ foliis. Moris. list. 3. p. 611. f. 15. t. 3. f. 62.

β. *Cynanchum* foliis planis sinuatis, flore pallide viridi, fructu crasso glabro viridi. *Burm. afric.* 34. t. 14. f. 2.
Habitat in Africa. 2

tenuifolia.

4. PERIPLOCA foliis lineari-lanceolatis.
Cynanchum radice granulosa, foliis angustis sinuatis, floribus urceolatis miniatis. *Burm. afric.* 26. t. 15
β. *Cynanchum* linearibus foliis acutis, floribus urceolatis rubris. *Burm. afric.* 37. t. 16. f. 1.
Habitat in Cap. b. Spei dunnis.

CYNANCHUM.

rotundum.

1. CYNANCHUM caule volubili herbaceo, foliis cordato-oblongis glabris. *Hort. cliff.* 79. *Hort. ups.* 54.
Roy. lugdb. 409.
Scammonia monspeliaca affinis, foliis acutioribus. *Bauh. pin.* 294.
Apocynum 3 latifolium. *Clus. hist.* 1. p. 125.
Habitat in Sicilia, Hispania, Astracan. 2

suberosum.

2. CYNANCHUM caule volubili inferne suberoso fisso, foliis cordatis acuminatis. *Hort. cliff.* 79. *Roy. lugdb.* 409. *Gron. virg.* 27.
Periploca carolinensis, flore minore stellato. *Dill. elth.* 300. t. 229. f. 296.
Habitat in America calidiore.

hirtum.

3. CYNANCHUM caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, foliis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 79. *
Roy. lugdb. 410.
Periploca scandens, folio citrei, fructu maximo. *Plum. spec.* 2.
Apocynum scandens virginianum rugosum, pullis amplis floribus, capsulis alatis. *Morif. hist.* 3. p. 611 f. 15. t. 3. f. 61.
Apocynum scandens fruticosum, fungoso cortice, surinamentē. *Herm. par.* 53.
Habitat in America, 5

monspeliacum,

4. CYNANCHUM caule volubili herbaceo, foliis reniformi-cordatis acutis. *Hort. cliff.* 79. *Roy. lugdb.* 409.
Sauv. monsp. 133.
Scammonea monspeliaca, foliis rotundioribus. *Bauh. pin.* 294.
Apocynum IV latifolium: *Scammonea valentina.* *Clus. hist.* 1. p. 126.
Habitat in Hispania & Narbonæ maritimis. 2

5. CY

5. CYNANCHUM caule erecto divaricato, foliis *erectum.*
 datis glabris. *Hort. cliff.* 79. *Roy. lugdb.* 409. *Sauv.*
monsp. 133.
 Apocynum folio subrotundo. *Bauh. pin.* 302.
 Apocynum 1. latifolium. *Clus. hist.* 1. p. 124.
Habitat in Syria. 2

APOCYNUM.

1. APOCYNUM caule rectiusculo herbaceo, foliis *fol. androsæ-*
 vatis utrinque glabris, cymis terminalibus. *mi.*
 Apocynum caule erecto annuo, foliis ovatis. *Roy.*
lugdb. 411.
 Apocynum foliis ovatis. *Hort. cliff.* 80.
 Apocynum canadense, foliis androsæmi majoris. *Bocc.*
fic. 35. t. 16. f. 3. *Morif. hist.* 3. p. 609. f. 15. t. 3.
 f. 16.
Habitat in Virginia, Canada. 2
2. APOCYNUM caule rectiusculo herbaceo, foliis *cannabinum.*
 longis, cymis lateralibus.
 Apocynum foliis ovatis acutis subtus tomentosis. *Gron.*
virg. 28.
 Apocynum canadense ramosum, flore viridi albicante,
 siliqua tenuissima. *Morif. hist.* 3. p. 609. f. 15. t. 3.
 f. 14.
 Apocynum virginianum, flore herbaceo, siliqua longis-
 sima. *Morif. præl.* 232.
 Apocynum canadense maximum, flore minimo herbaceo.
Pluk. alm. 35. t. 13. f. 1.
 Apocynum erectum virginianum ramosum, caule subru-
 bente, esulæ raræ foliis, siliquis tenuissimis. *Pluk. alm.*
 35. t. 260. f. 7.
Habitat in Canada, Virginia. 2
Corolle virides, nec pictæ sunt.
3. APOCYNUM caule rectiusculo herbaceo, foliis ova- *venetum.*
 to-lanceolatis. *Roy. lugdb.* 411. *Sauv. monsp.* 133.
 Apocynum foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 80.
 Tithymalus maritimus, purpurascens floribus. *Bauh.*
pin. 291.
 Esula rara e lio venetorum insula. *Lob. hist.* 201.
Habitat in Adriatici maris insulis. 2
4. APOCYNUM caule erecto frutescente, foliis lanceo- *frutescens,*
 lato-ovalibus, corollis acutis: fauce villosis. *Fl. zeyl.*
 114

Apocynum caule erecto arboreo, foliis ovatis acutis. *Roy. lugdb.* 412.

Apocynum floribus fasciculatis. *Fl. zeyl.* 23. t. 12. f. 1.
Habitat in Zeylona. 5

reticulatum. 5. APOCYNUM caule volubili perenni, foliis ovatis venosis. *Roy. lugdb.* 412.
Habitat in India.

ASCLEPIAS.

* *foliis oppositis planis.*

undulata. 1. ASCLEPIAS foliis sessilibus oblongis lanceolatis undulatis, petalis ciliatis.
Apocynum africanum, lapathi folio, *Comm. rar.* 16. t. 16.
Habitat in Africa. 2

gigantea. 2. ASCLEPIAS foliis amplexicaulibus oblongo-ovalibus. *Fl. zeyl.* 112.
Apocynum erectum majus latifolium indicum, *Pluk. alm.* 35. t. 175. f. 3.
Beid el ossar. *Alp. aegypt.* 85. t. 86.
Ericu. *Rheed. mal.* 2. p. 53. t. 31. *Seb. thes.* 1. p. 41 t. 26. f. 1.
Habitat in India, Ægypto. 2
Nectaria prominent non cornicula subulata, sed laminas solidas conniventes.

syriaca. 3. ASCLEPIAS foliis ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus.
Asclepias caule erecto simplici herbaceo, foliis ovalibus subtus tomentosis, umbellis nutantibus. *Vir. cliff.* 20.
Hort. ups. 53, *Gron. virg.* 27. *Roy. lugdb.* 410.
Asclepias caule erecto simplici annuo, foliis ovato-oblongis subtus incanis, umbella nutante. *Hort. cliff.* 78.
Apocynum majus syriacum rectum. *Corn. canad.* 90.
Apocynum syriacum. *Clus. hist.* 2. p. 87.
Habitat in Virginia. 2

amara. 4. ASCLEPIAS foliis ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici, umbellis nectariisque erectis,
Apocynum floribus amœne purpureis, corniculis surrectis. *Dill. eltb.* 31. t. 27. f. 30.
Habitat in America septentrionali. 2

purpurascens 5. ASCLEPIAS foliis ovatis subtus villosis, caule simplici, umbellis erectis, nectariis resupinatis.

Asclepias floribus obsolete purpureis, corniculis resupinatis. *Dill. elth.* 32. t. 28. f. 31.

Apocynum erectum noveboracense, foliis minus incanis, flore ex obsolete dilute purpurascente. *Herm. par.* 33.

Habitat in Carolina. 2

6. *ASCLEPIAS* foliis ovatis rugosis nudis, caule simplicis, umbellis subsessilibus: pedicellis tomentosis. *variegata.*

Apocynum americanum erectum, tuberosa radice, non incanum, foliis rigidioribus latis subrotundis, floribus albis intus purpureis, summo caule corymbum magnum efformantibus. *Pluk. alm.* 34. t. 77. f. 1.

Apocynum vetus americanum, wisank. *Dill. elth.* 32.

Habitat in America boreali. 2

7. *ASCLEPIAS* foliis lanceolatis glabris, caule simplici, umbellis erectis lateralibus solitariis. *nivea.*

Asclepias caule erecto simplici annuo, foliis lanceolato-ovatis glabris, pedunculis alternis, umbellis erectis. *Gron. virg.* 27.

Apocynum persicariæ mitis folio, corniculis lacteis. *Dill. elth.* 33. t. 29. f. 32.

Apocynum americanum, foliis amygdali longioribus. *Plum. spec.* 2

Habitat in Virginia & America calidior. 3

8. *ASCLEPIAS* foliis lanceolatis, caule superne diviso, umbellis terminalibus congestis. *incarnata.*

Asclepias caule erecto ramoso annuo, foliis lanceolatis, umbellis terminalibus erectis pluribus. *Vir. cliff.* 20. *Hort. cliff.* 78. *Roy. lugdb.* 411. *Gron. virg.* 27.

Apocynum minus rectum canadense. *Corn. canad.* 9 t. 93. *Barr. rar.* 8. t. 72. *Raj. hist.* 1089.

Habitat in Canada, Virginia. 2

Caulis ubi dividitur folia e regione tria producit.

9. *ASCLEPIAS* foliis lanceolatis petiolatis glabris, caule simplici, umbellis erectis solitariis. *curassavica.*

Apocynum caule erecto simplici annuo, foliis lanceolatis, umbellis alternis erectis. *Hort. cliff.* 78. *Roy. lugdb.* 411.

Apocynum radice fibrosa, petalis coccineis, corniculis croceis. *Dill. elth.* 34. t. 30. f. 33.

Apocynum curassavicum s. americanum, fibrosa radice, floribus aurantiis, chamænerii foliis latioribus. *Herm. par.* 36. t. 36.

Habitat in Curassao. 2. 5

10. A-

- decumbens.* 10. ASCLEPIAS foliis villosis, caule decumbente.
 Asclepias caule decumbente hirsuto, foliis ovatis obtusis villosis subsessilibus. *Gron. virg.* 27.
 Apocynum carolinianum aurantiacum pilosum, *Pet. succ.* 90.
Habitat in Virginia. 2
- lactifera.* 11. ASCLEPIAS foliis ovatis, caule erecto, umbellis proliferis brevissimis.
 Asclepias caule erecto simplici herbaceo, foliis ovatis acuminatis, corymbis compositis longitudine petiolorum. *Fl. zeyl.* 111. *
Habitat in Zeylona. 2
- Vincetoxicum.* 12. ASCLEPIAS foliis ovatis basi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis.
 Asclepias caule erecto simplicissimo herbaceo, foliis cordato-lanceolatis, racemis conglomeratis alternis. *Fl. jucc.* 200. *Mat. med.* 103. *Dalib. parif.* 76.
 Asclepias caule erecto annuo, foliis ovato-lanceolatis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 78.
 Asclepias albo flore. *Bauh. pin.* 303.
 Vincetoxicum. *Dod. pempt.* 407.
Habitat in Europæ glareosis. 2
- nigra.* 13. ASCLEPIAS foliis ovatis basi barbatis, caule superne subvolubili.
 Asclepias caule subvolubili herbaceo, foliis ovato-lanceolatis, floribus confertis patentissimis. *Roy. lugdb.* 410. *Hort. upf.* 53. *Sauv. monsp.* 133.
 Asclepias nigro flore. *Bauh. pin.* 303.
 Vincetoxicum flore nigro. *Cam. epit.* 560.
Habitat Montpelii in collibus. 2
- * * *foliis latere revolutis.*
- fruticosa.* 14. ASCLEPIAS foliis revolutis lanceolatis, caule fruticoso.
 Asclepias caule erecto fruticoso, foliis lanceolatis, umbellis nutantibus, conceptaculis inflatis pilosis. *Hort. cliff.* 78. *Hort. upf.* 54. *Vir. cliff.* 20. *Roy. lugdb.* 410.
 Apocynum erectum africanum, villosa fructu, salicis folio. *Herm. parad.* 23. t. 24.
 Apocynum erectum elatius, salicis angusto folio, folliculis pilosis. *Pluk. alm.* 36. t. 138. f. 2.
Habitat in Æthiopia. 3

15. ASCLEPIAS foliis revolutis lineari-lanceolatis *op-sibirica*,
 positis ternatisque, caule decumbente.
 Asclepias montana humilis, radice longius proserpente,
 lili foliis. *Ann. ruth.* 10.
Habitat in Sibiria. 2
16. ASCLEPIAS foliis revolutis linearibus verticillatis, *verticillata*,
 caule erecto.
 Asclepias foliis verticillatis lineari-setaceis. *Gron. virg.*
 26.
 Apocynum marianum erectum, linearia angustissimis
 foliis, umbellatum. *Pluk. mant.* 17.
 Apocynum marianum, foliis angustissimis stellatis. *Pet.*
musf. 609.
Habitat in Virginia.
- * * * *foliis alternis.*
17. ASCLEPIAS foliis alternis ovatis, umbellis ex eo-*rubra*,
 dem pedunculo communi pluribus.
 Apocynum caule erecto simplici annuo, foliis ovatis a-
 cumminatis alternis, pluribus in pedunculo umbellis.
Gron. virg. 27.
Habitat in Virginia.
18. ASCLEPIAS foliis alternis lanceolatis, caule divari-*tuberosa*,
 cato piloso.
 Asclepias caule erecto divaricato villoso, foliis lanceo-
 latis, umbellis simplicibus subterminalibus, *Hort. cliff.*
 78. *Roy. lugdb.* 411.
 Apocynum novæ anglia hirsutum, tuberosa radice, flori-
 bus aurantiis. *Herm. lugdb.* 646. t. 647. *Dill. elzb.*
 35. t. 30. f. 34.
Habitat in America boreali. 2

STAPELIA.

1. STAPELIA denticulis ramorum patentibus. *Vir. cliff. variegata*,
 20. *Roy. lugdb.* 409.
 Stapelia denticulis ramorum extrorsum prominulis. *Hort.*
cliff. 77. *Hort. upf.* 53.
 Apocynum humile aizoides, siliquis erectis, africanum,
Herm. lugdb. 52. t. 53. *Stiff. bot.* 32.
Habitat ad Cap. b. Spei. 5
2. STAPELIA denticulis ramorum erectis. *Hort. cliff. hirsuta*,
 77. *Roy. lugdb.* 409.

Asclepias africana aizoides, flore pulchre fimbriato.
Comm. rar. 19. t. 19.
Habitat ad Cap. b. Spei. ♀

HERNIARIA.

- glabra.* 1. **HERNIARIA glabra.** *Baub. hist.* 3. p. 378.
Herniaria calycibus bractea nudis. *Hort. cliff.* 41. *Fl. succ.* 207. *Mat. med.* 104. *Roy. lugdb.* 215. *Hall. belv.* 182. *Dalib. paris.* 76.
Polygonum minus C. *Millagrana major.* *Baub. pin.* 281.
Habitat in Europæ apricis, glareosis, siccis. ☉
- hirsuta.* 2. **HERNIARIA hirsuta.** *Baub. hist.* 3. p. 379.
Habitat in Angliæ, Hispaniæ, Italiæ agris.
- lenticulata.* 3. **HERNIARIA?** quæ *Polygonum lenticulatum.*
Polygonum minus tenuifolium. *Baub. pin.* 281.
Polygonum minus lentifolium. *Baub. prodr.* 131.
Habitat in Hispaniæ montibus Escorial, Monspeli.
Flores non vidi; ut excitem Botanicos ad hujus generis
forte distinctissimi examen, hic plantam adjeci; Habi-
tus proximus herniariæ, sed mollissimus.

CHENOPODIUM.

* *foliis angulosis.*

- Bonus Hen-*
vicus 1. **CHENOPODIUM** foliis triangulari-sagittatis integerrimis. *Hort. cliff.* 84. *Fl. succ.* 208. *Mat. med.* 106.
Roy. lugdb. 278. *Hall. belv.* 174. *Dalib. paris.* 79.
Lapathum unctuosum. *Baub pin.* 115
Bonus Henricus. *Baub. hist.* 2. p. 965.
Habitat in Europæ ruderatis. ♀
- urbicum* 2. **CHENOPODIUM** foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis. *Fl. succ.* 209.
Chenopodium latifolium minus ramosum, periolis longissimis ex foliorum alis confertim nascentibus. *Buxb. ball.* 69. t. 1.
Habitat in Europæ borealis plateis. ☉
- vulturni.* 3. **CHENOPODIUM** foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subnatis caule brevioribus. *Fl. succ.* 210. *Mat. med.* 107.
Dalib. paris. 78.
Chenopodium erectum, foliis subtriangularibus antice sinuato-dentatis, racemis erectis foliosis lateralibus
Hort. cliff. 85. *Roy. lugdb.* 209. ♀

Atriplex sylvestris latifolia. *Bauh. pin.* 119

Pes antherinus. *Dalech. hist.* 542. t. 542

Habitat in Europæ cultis, ruderalis ☉

4. CHENOPODIUM foliis ovatis acutis dentatis, racem^{is} ^{mutatis} ramosis nudis. *Fl. suec.* 211. *Dalib. parif.* 211.

Chenopodium erectum ramosissimum, foliis triangularibus dentatis, racemis ramosis caulem superantibus. *Hort. cliff.* 85. *Lech. Jean.* 16.

Habitat in Europæ muris aggeribusque. ☉

5. CHENOPODIUM foliis rhomboideo-triangulari^{alium} bus erosis postice integris: summis oblongis, racemis erectis. *Fl. suec.* 212. *Dalib. parif.* 80.

Chenopodium foliis inferioribus ovatis acutis antrosum dentatis: summis lanceolatis. *Vir. cliff.* 22. *Hort. cliff.* 85. *Gron. virg.* 145 *Roy. lugdb.* 219. *Hall. helv.* 175

Habitat in agris Europæ. ☉

6. CHENOPODIUM foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subnudis. *Fl. suec.* 213. *Dalib. parif.* 78.

Chenopodium sylvestre, opuli folio. *Vaill. parif.* 36. 7. f. 1.

Chenopodium folio oblongo integro. *Dill. app.* 62

Habitat in Europæ cultis oleracis.

7. CHENOPODIUM foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. *Fl. suec.* 214. *Dalib. parif.* 79.

Chenopodium foliis triangulari-sagittatis: infra medium sinuato-dentatis, racemis longissimis. *Hort. cliff.* 84 *Roy. lugdb.* 219.

Chenopodium stramonii folio. *Vaill. parif.* 36. t. 7. f. 2

Atriplex sylvestris latifolia, acutiore folio. *Bauh. pin.* 119.

Habitat in Europæ cultis. ☉

CHENOPODIUM foliis oblongis sinuatis, racemis *Botrys.*

nudis multifidis. *Hort. cliff.* 84. *Hort. ups.* 55. *Met.*

med. 109. *Roy. lugdb.* 219. *Sauv. monsp.* 273

Botrys ambrosioides vulgaris *Bauh. pin.* 138

Botrys. *Dod. pempt.* 34.

Habitat in Europæ australis arenosis. ☉

- 9 CHENOPODIUM foliis lanceolatis dentatis, race^{is} ^{ambrosioides,} ^{nis}

mis foliatis simplicibus. *Hort. cliff.* 84. *Hort. ups.* 56. *Roy. lugdb.* 219.

Botrys ambrosioides mexicana. *Bauh. pin.* 138. 516.

Botrys odorata suaveolens americana mexicanave. *Morif. hist.* 2. p. 605. f. 5. t. 35. f. 8.

Habitat in Mexico, Lusitania. ☉

multifidum. 10. CHENOPODIUM foliis multifidis: segmentis linearibus, floribus axillaribus sessilibus.

Chenopodium sempervirens, foliis tenuiter laciniatis.

Dill. elth. 78. t. 66. f. 77.

Habitat in Bonaria. ☽

antihelminthicum. 11. CHENOPODIUM foliis ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis.

Chenopodium, lycopi folio, perenne. *Dill. elth.* 77. t. 66. f. 76.

Habitat in Pennsylvania, Bonaria. ☽

glaucum. 12. CHENOPODIUM foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis *Fl. suec.* 215. *Dalib. paris.* 77.

Chenopodium foliis ovato oblongis repande sinuatis, florum racemis glomeratis ex ala solitariis. *Vir. cliff.* 22. *Hort. cliff.* 85. *Roy. lugdb.* 219.

Chenopodium angustifolium laciniatum minus. *Tournef. inst.* 506.

Habitat ad Europæ simeta. ☉

* * foliis integris.

Vulvaria. 13. CHENOPODIUM foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis. *Fl. suec.* 216. *Mat. med.* 108. *Dalib. paris.* 77.

Chenopodium foliis triangulari-ovatis. *Hort. cliff.* 84. *Roy. lugdb.* 218.

Atriplex foetida. *Bauh. pin.* 119.

Vulvaria. *Dalcb. hist.* 543.

Habitat in Europæ cultis oleraceis, ☉

polyspermum 14. CHENOPODIUM foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis.

Chenopodium foliis ovatis integerrimis, caule decumbente. *Vir. cliff.* 21. *Fl. suec.* 217. *Roy. lugdb.* 218.

Dalib. paris. 77.

Blitum foliis ovatis. *Hort. cliff.* 28.

Blitum polyspermum. *Bauh. pin.* 118.

Polysporon cassiani, bassil, anguillare. *Lob. hist.* 128

Habitat in Europæ cultis. ☉

15. CHENOPODIUM foliis linearilanceolatis planis *Scoparia*, integerrimis. *Hort. cliff.* 86. *Hort. ups.* 55. *Roy lugdb.* 220.
Linaria scoparia. Baub. pin. 212.
Osyris. Dod. pempt. 151.
Habitat in Græcia, Japonia. ☉
16. CHENOPODIUM foliis subulatis femicylindricis. *maritimum*,
Chenopodium foliis subulatis; superne planis, subtus convexis. Hort. cliff. 86. *Fl. suec.* 218. *Roy. lugdb.* 220.
Kali minus album, semine splendente. Baub. pin. 289.
Morif. hist. 2. p. 610. f. 5. t. 33. f. 3.
Habitat in Europæ maritimis.
17. CHENOPODIUM foliis linearibus teretibus carno-*fruticosum*,
 fis, caule fruticoso. *Hort. cliff.* 86. *Roy. lugdb.* 220.
Gnett. stamp. 2. p. 425. *Sauv. monsp.* 7.
Chenopodium, sedi folio minimo, frutescens perenne. Boerb. lugdb. 2. p. 91.
Sedum minus arborefcens. Munt. hist. t. 469.
Habitat in Galliæ, Hispaniæ maritimis. ☽
18. CHENOPODIUM foliis filiformibus acutiusculis, *altissimum*,
 caule erecto. *Hort. ups.* 55.
Chenopodium altissimum, foliis succulentis. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 2.
Kali gramineo folio. Baub. pin. 289. *prodr.* 133. *Burf. XVI:* 20.
- β. *Chenopodium foliis filiformibus inermibus mucronatis, caule ramosissimo. Hort. ups.* 56.
Habitat ad Astracanum, ad salinas saxonicas inque Italia.
19. CHENOPODIUM foliis linearibus obtusis: subtus *salsum*,
 convexis, caule ramoso: ramis deflexis. *Hort. ups.* 55.
Chenopodium maritimum, foliis sedi teretibus. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 1.
Habitat ad Astracanum. ☉
20. CHENOPODIUM foliis teretibus obtusis tomento-*bisfidum*,
 sis alternis, caule herbaceo. *Sauv. monsp.* 7.
Kali minus villosum. Baub. pin. 289. *prodr.* 133.
Kali parvum hirsutum. Baub. hist. 702.
Habitat Monspelii in maritimis.
21. CHENOPODIUM foliis lanceolatis carnofis, co-*gristatum*,
 rymbis dichotomis spinosis.
Habitat in Sibiria. ☉ Cau-

Caulis spithameus, inæqualis, ramoso-patulus. Folia carnosâ, lanceolata, obtusa. Corymbi axillares, dichotomi, folio longiores, terminati spinis inermibus. Flores sessiles in divaricationibus.

- virginicum.* 22. CHENOPODIUM foliis linearibus obtusis subcarniculatis, pedunculis axillaribus dichotomis mucicis.
Habitat in Virginia? ☉

BETA.

- vulgaris.* 1. BETA. *Hort. cliff.* 83. *Hort. ups.* 56. *Mat. med.* 113. *Roy. lugab.* 220.
perennis. Beta sylvestris maritima. *Bauh. pin.* 118.
rubra. β. Beta rubra vulgaris. *Bauh. pin.* 118.
γ. Beta rubra major. *Bauh. pin.* 118.
δ. Beta rubra, radice rapæ. *Bauh. pin.* 118.
ε. Beta lutea major. *Bauh. pin.* 118.
ζ. Beta pallide virens major. *Bauh. pin.* 118.
Cicla. η. Beta alba vel pallescens, quæ Cicla officinarum. *Bauh. pin.* 118.
θ. Beta communis viridis. *Bauh. pin.* 118.
Habitat in Angliæ & Belgii litoribus maris. ♂

SALSOLA.

11. LINUM foliis linearibus acutis scabris, caulibus suffruticosis. *suffruticosum.*
 Linum angustifolium fruticosum valentimum, foliis rigidis & aculeatis. *Tournef. inst. 340.*
Habitat in Regno Valentino.
12. LINUM foliis cuneiformibus, caulibus arborecentibus. *arboreum.*

Linum arboreum. *Alp. exot.* 19. t. 13.
Habitat in Creta. 5

- campanula-*
tum. 13. LINUM foliorum basi utrinque puncto glanduloso.
 Linum foliis imis spatulatis, floribus luteis. *Sauv. monsp.*
 76.
 Linum sylvestre luteum, foliis subrotundis. *Baub. pin.*
 212. *Tournef. inst.* 340. *Magn. char.* 261.
 Campanula lutea linifolia montis lupi, flore volubilis.
Lob. ic. 414.
 Campanula linifolia lutea. *Baub. hist.* 2. p. 817.
Habitat in Galloprovinciæ montibus, Monspelii in mon-
te lupi. 2
Facies a Lino dicere, stamina unita basi reddunt plan-
tam dubiam, quam accuratius examinent, qui vivans
adire queunt.
- maritimum.* 14. LINUM calycibus ovatis acutis muticis, foliis lance-
 olatis: inferioribus oppositis.
 Linum caule simplici, ramis foliisque inferioribus oppo-
 sitis lineari-lanceolatis: *Hort. cliff.* 114. * *Roy. lugdb.*
 434. *Sauv. monsp.* 147.
 Linum foliis ovatis, floribus racemosis. *Guett. stamp.* 2.
 p. 499.
 Linum maritimum luteum. *Baub. pin.* 214.
 Linum luteum narbonense. *Baub. hist.* 3. p. 454. *Raj.*
hist. 1074.
 Linum sylvestre. *Dod. pempt.* 534.
Habitat in Austria ad Thermas badenses, Monspelii.
- * * *Foliis oppositis.*
- africanum.* 15. LINUM foliis oppositis lineari-lanceolatis, floribus
 terminalibus pedunculatis. *Roy. lugdb.* 434.
 Linum africanum luteum, foliis conjugatis. *Boerb. lugdb.*
 1. p. 284.
Habitat in Africa.
- rodiflorum.* 16. LINUM foliis oppositis lanceolatis, floribus alternis
 sessilibus, caule simplici. *Hort. cliff.* 114.
 Linum luteum ad singula genicula floridum. *Baub. pin.*
 214. *Meris. hist.* 3. p. 574. f. 3. t. 26. f. 11. *Raj.*
hist. 1026.
 Linum luteum sylvestre latifolium. *Column. ecphr.* 2.
 p. 79. t. 80.
Habitat in Italiæ pratis argillofis.

17. LINUM foliis oppositis ovato-lanceolatis. caule dichotomo, corollis acutis. *Hort. cliff.* 372. *Fl. succ.* 255. *Mat. med.* 157. *Roy. lugdb.* 434.
 Linum pratense, flosculis exiguis. *Bauh. pin.* 214.
 Spergula bifolia, lini capitulis. *Loef. praff.* 261. t. 86.
Habitat in Europæ septentrionalis pascuis succulentis. ☉
18. LINUM foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Hort. cliff.* 114. *Fl. succ.* 256. *Roy. lugdb.* 434. *Radiola,*
 Chamælinum vulgare. *Vaill. parif.* 33. t. 4. f. 6.
 Linocarpum, serpilli folio, multicaule & multiflorum. *Mich. gen.* 23. t. 21.
 Radiola vulgaris serpillifolia. *Raj. angl.* 3. p. 161. t. 15. f. 3.
 Polygonum minimum f. Millegrana minima. *Bauh. pin.* 282.
Habitat in Europæ sabulo inundato. ☉
19. LINUM foliis quaternis. *quadrifoli-*
 Linum africanum, rubiæ foliis quaternis stellatis. *Raj. um.*
suppl. 525.
Habitat in Æthiopia.
20. LINUM foliis verticillatis. *verticilla-*
 Linum sylvestre, flore cælio, foliis verticillatis. *Bocc. tum.*
mus. 2. p. 49. t. 42. *Raj. suppl.* 524. *Barr. rar.* 685. t. 1226.
Habitat in Italia. ☉
Calyces & folia superiora villosa.

ALDROVANDA.

1. ALDROVANDA. *Mont. alt. bonon.* 2. p. 3. p. 404. *vesiculosa,*
 t. 12.
 Lenticula palustris indica, foliis subrotundis binis capillamentis ad imum barbatis. *Pluk. alm.* 211. t. 41. f. 6.
Habitat in Italiæ & Indiæ paludosis. *D. Monti.*

DROSERA.

1. DROSERA scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. lapp. rotundifolia.*
 109. *Fl. succ.* 257. *Mat. med.* 158. *Fl. zeyl.* 120.
Gron. virg. 35. *Roy. lugdb.* 120.
 Ros folis folio rotundo. *Bauh. pin.* 357.
 Salsifiora f. Ros folis. *Thal. herc.* t. 9. f. 1.
Habitat in Europæ, Asiæ, Americæ paludibus.

- longifolia.* 2. DROSERA scapis radicatis, foliis oblongis. *Fl. lapp.* 110. *Fl. succ.* 258. *Roy. lugdb.* 417.
Ros folis folio oblongo. *Baub. pin* 357.
Salsifiora f. Sponsa folis f. Ros folis f. Rorella. *Tabl. berc.* 116. t. 9. f. 2.
Habitat in Europa ubique cum præcedente; an itaque satis diversa species?
- lusitanica.* 3. DROSERA scapis radicatis, foliis subulatis subtus convexis.
Ros folis lusitanicus, foliis asphodeli minoris. *Morif. hist.* 3. p. 620. f. 15. t. 4. f. 4. *Pluk. alm.* 323. t. 117. f. 2. *Raj. suppl.* 551.
Habitat in Lusitania.
- capensis.* 4. DROSERA scapis radicatis, foliis lanceolatis.
Drosera foliis ad radicem longissimis, floribus spicatis. *Burm. afr.* 209. t. 75, f. 1.
Ros folis africanus, foliis prælongis, caule nudo altissimo. *Raj. suppl.* 515.
Ros folis africanus, folio lato & longo. *Herm. afric* 19.
Habitat in Æthiopia.
- indica.* 5. DROSERA caule ramofo folioso, foliis linearibus. *Fl. zeyl.* 121.
Ros folis ramoſas, caule folioso. *Burm. zeyl* 207. t. 94. f. 1.
Araca-puda. *Rheed. mal.* 10. p. - - t. 20.
Habitat in India.

CRASSULA.

- coccinea.* 1. CRASSULA foliis planis cartilagineo-ciliatis basi connato-vaginantibus. *Vir. cliff.* 26. *Hort. cliff.* 116.
Roy. lugdb. 454.
Cotyledon africana frutescens, flore umbellato coccineo. *Comm. rar.* 24. t. 24.
Habitat in Æthiopia. b
- perfoliata.* 2. CRASSULA foliis lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis: subtus convexis. *Hort. cliff.* 116.
Roy. lugdb. 453,
Crassula altissima perfoliata. *Dill. elih.* 114. t. 96. f. 113.
Aloci africana caulescens perfoliata glauca & non spinosa. *Comm. præl.* 74. t. 23.
Habitat in Æthiopia. b

3. CRASSULA foliis subulatis obsolete tetragonis, *Hort. tetragona*.
cliff. 116. * *Roy. lugdb.* 455.
Habitat in Æthiopia. 5
4. CRASSULA foliis oppositis obtuse ovatis integerrimis; hinc angustioribus. *Hort. cliff.* 496. *Roy. lugdb.* 455.
Crassula anacamperotis folio. *Dill. elth.* 115. t. 97. f. 114.
Habitat in Æthiopia. 5
5. CRASSULA foliis oppositis oblongis planiusculis denticulatis ciliatis. *Hort. cliff.* 496. *Roy. lugdb.* 455.
Crassula caulescens, foliis sempervivi cruciatis. *Dill. elth.* 116. t. 98. f. 116.
Habitat in Æthiopia. 2
6. CRASSULA foliis oppositis patentibus scabris. *scabra.*
Crassula mesembryanthemi facie, foliis longioribus asperis. *Dill. elth.* 117. t. 99. f. 117.
Cotyledon africana frutescens, foliis asperis angustis acuminatis, flore virescente. *Mart. cent.* 24. t. 24.
Habitat in Africa?
7. CRASSULA foliis serrato-dentatis planis alternis, *alternifolia.*
caule simplicissimo, floribus pendulis. *Hort. cliff.* 497. * *Roy. lugdb.* 455.
Cotyledon, flore luteo, media. *Herm. lugdb.* 191.
Habitat - - - - -
8. CRASSULA foliis subulatis radicatis, caule nudo. *nudicanlis.*
Hort. cliff. 116. *Roy. lugdb.* 455.
Crassula cespitosa longifolia. *Dill. elth.* 116. t. 98. f. 115.
Habitat in Æthiopia. 2
9. CRASSULA caule flaccido prolifero determinate-folio. *orbicularis.*
foliis patentissimis imbricatis. *Hort. cliff.* 496.
Roy. lugdb. 455.
Crassula orbicularis repens, foliis sempervivi. *Dill. elth.* 119. t. 100. f. 118.
Habitat in Æthiopia. 2
10. CRASSULA caule flaccido repente. foliis oppositis. *pelucida.*
Crassula, portulacæ facie, repens. *Dill. elth.* 119. t. 100. f. 119.
Habitat in Æthiopia.

SURIANA.

- maritima.* 1. SURIANA. *Hort. cliff.* 492.
 Suriana foliis portulacæ angustis. *Plum. gen.* 37.
 Thymelææ facie frutex maritimus tetraspermos, flore tetrapetalo. *Sloan. jam.* 138. *hist.* 2. p. 29. t. 162. f. 4.
Raj. dendr. 96.
 Arbor americana, falcis folio, frondosa bermudienfis.
Pluk. alm. 44. t. 241. f. 5.
Habitat ad littora maris in Bermudis, Jamaica. ♀

SIBBALDIA.

- procumbens.* 1. SIBBALDIA foliolis tridentatis. *Fl. lapp.* 111. *Fl. succ.* 260. *Hall. herb.* 342. *Roy. lugd.* 276.
 Fragariæ affinis sericea incana. *Bauh. pin.* 327. *prodr.* 139.
 Fragariæ sylvestri affinis planta, flore luteo. *Sibb. scot.* 2. p. 25. t. 6. f. 1.
 Pentaphylloides fruticosum minimum procumbens, flore luteo. *Pluk. alm.* 284. t. 212. f. 3.
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ. ♂
- erecta.* 2. SIBBALDIA foliolis linearibus multifidis.
 Pentaphylloides foliis tenuissime laciniatis, flosculis carneis. *Amm. ruth.* 112. t. 15.
Habitat in Sibira D. Gmelin.

POLYGYNIA.

MYOSURUS

- minimus.* 1. MYOSURUS.
 Myosurus foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 117. *Fl. succ.* 261. *Roy. lugdb.* 492.
 Holotheo affinis Cauda muris. *Bauh. pin.* 190.
 Cauda muris. *Dod. pempt.* 112.
Habitat in Europæ collibus apricis aridis. ☉

Classis VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

BROMELIA.

1. **BROMELIA** foliis ciliato-spinosis mucronatis, spica *Ananas* comosa.
Bromelia foliis spinosis, fructibus connatis caulem cingentibus. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 73. *Roy. lugdb.* 24.
Carduus brasiliensis, foliis aloës. *Bauh. pin.* 384.
Ananas acostæ. *Comm. hort.* 1. p. 109. t. 57.
 Tappa-Tsiakka. *Rheed. mal.* 11. p. 1. t. 1.
- β. *Ananas* aculeatus, fructu pyramidato: carne aurea. *Tournef. inst.* 653.
- γ. *Ananas* aculeatus, fructu conico carne aurea. *Pluk. spec.* 20.
- δ. *Ananas* lucide virens, folio vix ferrato. *Dill. elib.* 25. t. 21. f. 22.
Ananas non aculeatus Pitta dictus. *Plum. spec.* 20.
Habitat in nova Hispania, Surinamo. 2
2. **BROMELIA** foliis ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali.
Bromelia foliis aculeatis, racemo laxo terminali. *Hort. cliff.* 129. *Roy. lugdb.* 25.
Ananas americana sylvestris altera minor. *Pluk. mant.* 29. t. 258. f. 4.
 Pinguin. *Dill. elib.* 320. t. 240. f. 311.
Habitat in Jamaica, Barbados. 2
3. **BROMELIA** foliis ciliato-spinosis mucronatis, panicula diffusa.
Bromelia foliis spinosis oblique recurvis, fructibus dispersis racemosis. *Hort. ups.* 73.
 Karatas foliis altissimis angustissimis & aculeatis. *Plum. gen.* 10?
Habitat in America meridionali. 2
4. **BROMELIA** foliis ferrato-spinosis obtusis, spicis oblongata, ternis.

Bromelia ramosa & racemosa, foliis arundinaceis serratis. *Plum. gen.* 26.

Habitat in America meridionali. 2

nudicaulis. 5. BROMELIA foliis radicalibus dentato-spinosis, caulibus integerrimis.

Bromelia pyramidata, aculeis nigris. *Plum. gen.* 46.

Habitat in America meridionali. 2

TILLANDSIA.

utriculata. 1. TILLANDSIA culmo paniculato.
Tillandsia foliis basi conniventibus in utriculum. *Hort. cliff.* 129.

Viscum caryophylloides maximum, flore tripetalo pallide luteo, semine filamentoso. *Sloan. jam.* 76. *hist.* 1. p. 188. *Raj. suppl.* 405.

Visci modo arboribus indicis adnascens. *Bauh. pin.* 423.

Caraguata multiplici spica, flore albo. *Plum. gen.* 10.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus.

serrata. 2. TILLANDSIA foliis superne dentato-spinosis.
Caraguata clavata & spicata, foliis serratis. *Plum. gen.* 10.
Habitat in America meridionali.

lingulata. 3. TILLANDSIA foliis lineari-lingulatis integerrimis:
basi ventricosis.

Caraguata latifolia & clavata. *Plum. gen.* 10.

Viscum caryophylloides maximum, capitulis in summitate conglomeratis. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 189. t. 120. *Raj. suppl.* 405.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus vetustis.

tenuifolia. 4. TILLANDSIA foliis lineari-subulatis integerrimis
imbricatis, spica simplici laxa. *Roy. lugdb.* 25.

Caraguata tenuifolia, paucioribus spicis. *Plum. gen.* 10.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus.

RENEALMIA.

paniculata. 1. RENEALMIA foliis radicalibus brevissimis, caule subnudo, ramis subdivisis adscendentibus.

Renealmia ramosissima, foliis variegatis & circinatis.
Plum. gen. 27.

Habitat in America meridionali.

polytaenia. 2. RENEALMIA scapo spicis imbricatis lateralibus.
Viscum caryophylloides angustifolium, floribus caruleis.

Catesb. car. 2. p. 89. t. 89. ?

Rene

- Renealmia spica multiplici, flore albo. *Plum. gen.* 37.
- β. Renealmia, spica multiplici, alia angustifolia. *Plum. gen.* 37.
Habitat in America calidiorē.
3. RENEALMIA foliis linearibus reclinatis, scapo sim- *monostachia.*
 plici imbricato, spica simplici.
 Renealmia non ramosa iquamata, & floribus niveis.
Plum. gen. 37.
Habitat in America meridionali.
4. RENEALMIA foliis subulatis scabris, pedunculis u- *recurvata.*
 nifloris. *Roy. lugdb.* 25.
 Viscum caryophylloides minus, foliis pruinae instar can-
 didantibus, flore tripetalo purpureo, semine filamen-
 toso. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 190. t. 120. f. 1.
Raj. suppl. 406.
- β. Viscum caryophylloides minus, foliorum imis viridibus
 apicibus subrubicundis, flore tripetalo purpureo, semine
 filamentoso. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 190. t. 122.
Habitat in Jamaicae arboribus.
5. RENEALMIA filiformis intorta. *Hort. cliff.* 129. *usneoides.*
Gron. virg. 36. *Barr. aquin.* 99. *Roy. lugdb.* 25.
 Viscum caryophylloides tenuissimum e ramis arborum
 musci in modum dependens, foliis pruinae instar can-
 didantibus, flore tripetalo, semine filamentoso. *Sloan.*
jam. 77. *hist.* 1. p. 191. t. 122. f. 2. 3. *Raj. suppl.*
 406.
 Culecua, ramis arborum innascens, caroliniana, filamen-
 tis lanugine tectis. *Pluk. alm.* 126. t. 26. f. 5.
 Camanbaya. *Marcgr. bras.* 46. *Pet. gaz.* t. 62. f. 12.
Habitat in Virginiae, Jamaicae, Brasiliae arboribus.

BURMANNIA.

1. BURMANNIA spica gemina. *Burm. zeyl.* 50. t. 20. *disticha.*
f. 1. *Fl. zeyl.* 128.
 Burmannia spica duplici. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.*
 125.
Habitat in Zeylonae paludosis
2. BURMANNIA flore gemmino. *biflora.*
 Burmannia flore duplici. *Hort. cliff.* 128.
 Burmannia scapo bifloro. *Gron. virg.* 36.
Habitat in Virginiae paludosis.

TRADESCANTIA

- virginiana*, 1. TRADESCANTIA. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 73.
Gron. virg. 36. *Roy. lugdb.* 37.
 Ephemerum phalangoides tripetalum non repens virginianum gramineum. *Morif. hist.* 3. p. 606. f. 15.
 t. 2. f. 4.
 Allium f. Moly virginianum. *Baub. pin.* 506.
Habitat in Virginia. ♀

PONTEDERIA

- ovata*, 1. PONTEDERIA foliis ovatis, floribus capitatis.
 Narukila. *Rheed. mal.* 11. p. 67. t. 34. *Raj. suppl.* 573.
Habitat in Malabarix aquosis. ♀
- cordata*, 2. PONTEDERIA foliis cordatis, floribus spicatis.
 Pontederia floribus spicatis. *Hort. cliff.* 133. *Gron. virg.*
 37. *Roy. lugdb.* 37. *Cold. noveb.* 69.
 Gladiolus lacustris virginianus cæruleus, sagittæ folio.
Pet. gaz. 1. t. 1. f. 12.
 Sagittæ similis planta palustris virginiana, spica florum
 cærulea, *Morif. hist.* 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. -
 Plantagini aquaticæ quodammodo accedens, floribus cæ-
 ruleis hyacinthi spicatis. *Pluk. mant.* 152. t. 349. f.
 ult.
Habitat in Virginia aquosis. ♀
- hastata*, 3. PONTEDERIA foliis hastatis, floribus umbellatis,
 Pontederia floribus umbellatis. *Fl. zeyl.* 129.
 Sagittæ quodammodo similis planta maderaspatana, flo-
 ribus medio caule quasi ex utriculo prodeuntibus. *Pluk.*
alm. 326. t. 220. f. 8. *Morif. hist.* 3. p. 618. f. 15.
 t. 4. f. 7.
 Caringola. *Rheed. mal.* 1 p. 91. t. 44.
Habitat in India. ♀

GALANTHUS.

- nivalis* 1. GALANTHUS. *Hort. cliff.* 134. *Hort. ups.* 73.
Roy. lugdb. 35.
 Leucojum bulbosum trifolium minus. *Baub. pin.* 56.
 Erangelia. *Renal. spec.* 97. t. 96.
Habitat ad radices Alpinum Veronæ, Tridenti, Vien-
næ. ♀

LEUCOJUM.

LEUCOJUM spatha uniflora stylo clavato. cerneus.

Leucojum. *Hort. cliff.* 13. *Hort. ups.* 74. *Roy. lugdb.* 35.

Leucojum bulbosum vulgare. *Bauh. pin.* 55.

Oliganthemum. *Reenl. spec.* 99. t. 100.

Habitat in Germaniæ, Helvetiæ, Italiæ umbrosis pra-
tiis, ad rivulos.

2. LEUCOJUM spatha multiflora, stylo filiformi. *Læff. autumnale.*

Leucojum bulbosum autumnale. *Bauh. pin.* 56.

Leucojum bulbosum autumnale tenuifolium. *Clus. hist.*
1. p. 170.

Leucojum bulbosum majus f. multinorum. *Bauh. pin.*
55.

Habitat in Lusatania. &

NARCISSUS.

1. NARCISSUS spatha uniflora nectarii limbo rotato *poëticus.*
brevissimo. *Hort. ups.* 74.

Narcissus foliis ensiformibus, floris nectario rotato bre-
vissimo. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv.*
monsp. 17.

Narcissus albus. circulo purpureo. *Bauh. pin.* 48.

Narcissus medio purpureus. *Dod. pempt.* 223.

β. Narcissus medio purpureus multiplex. *Bauh. pin.* 52.
Habitat in Gallia Narbonensi, Italia. &

2. NARCISSUS spatha uniflora, nectarii limbo campa- *Pseudo Nar-*
nulate erecto petalo æquale. cissus.

Narcissus foliis ensiformibus, florum nectario longitu-
dine petalorum. *Hort. cliff.* 134. *Hort. ups.* 74. *Roy.*
lugdb. 35. *Sauv. monsp.* 17.

Narcissus sylvestris pallidus, calyce luteo. *Bauh. pin.*
52.

Narcissus luteus sylvestris. *Dod. pempt.* 227. f. 12.

Habitat in Angliæ, Hispaniæ, Italiæ nemoribus. &

3. NARCISSUS spatha uniflora, nectario turbinato ma- *Bulbocodium*
ximo, genitalibus declinatis.

Narcissus foliis subulatis, nectario maximo patulo, ge-
nitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35.

Narcissus montanus alter, flore simbriato. *Bauh. pin.*
53.

Narcissus montanus juncifolius, calyce aureo. *Bauh.*
bin. 53

Pseudo-Narcissus juncifolius 2, flavo flore. *Clus. hist.* 1. p. 166.

Habitat inter Ulyssiponem & Hispalim. 2

Scrotinus. 4. NARCISSUS spatha uniflora, nectario brevissimo sexpartito. *Læfl.*

Narcissus albus autumnalis minimus. *Baub. pin.* 51.
Rudb. elyf. 2. p. 64. f. 8.

Narcissus scrotinus. *Clus. hist.* 1. p. 162.

Narcissus autumnalis minor. *Clus. hist.* 251. t. 252.

Habitat in Hispania. 2

Fonquilla. 5. NARCISSUS spatha multiflora, nectario campanulato brevi, foliis subulatis. *Hort. ups.* 75.

Narcissus foliis subulatis, florum nectario brevissimo

Hort. cliff. 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv. monsp.* 19.

Narcissus juncifolius luteus minor, *Baub. pin.* 51.

Narcissus juncifolius, oblongo calyce, luteus major.
Baub. pin. 51.

Narcissus juncifolius minor & 2. *Clus. hist.* 1. p. 60.

Habitat inter Hispalim & Gades inter Guadalopam & Toletum in uliginosis. 2

Taxetta. 6. NARCISSUS spatha multiflora, nectario campanulato, foliis planis. *Hort. ups.* 74.

Narcissus foliis ensiformibus, florum nectario campanulato erecto petalis longe brevioribus. *Hort. cliff.* 134.

Roy. lugdb. 35,

Narcissus medio-luteus, copioso flore: odore gravi.
Baub. pin. 50.

Narcissus luteus polyanthos lusitanicus. *Baub. pin.* 50.

Narcissus flore pleno, 1. 2. *Clus. hist.* 1. p. 50.

Habitat in Gallia Narbonensis, Lusitania, Hispania maritima. 2

PANCRATIUM.

zeylanicum. 1. PANCRATIUM spatha uniflora, petalis reflexis. *Fl. zeyl.* 126.

Narcissus zeylanicus, flore albo hexagono odorato.
Herm. lugdb. 691. t. 693. *Comm. hort.* 1. p. 75. t.

38.

Catulli-pola. *Rheed. mal.* 11. p. - t. 40.

Habitat in India. 2

mexitanum. 2. PANCRATIUM spatha biflora. *Hort. cliff.* 135.
Roy. lugdb. 34.

Pau-

Pancratium mexicanum, flore gemello candido. *Dill. elch.* 299. t. 222. f. 289.

Habitat in Mexico. 2

3. *PANCRATIUM* spatha multiflora, foliis lanceolatis. *caribæum Hort. cliff.* 133.

Narcissus americanus, flore multiplici albo hexagono odorato. *Comm. hort.* 2. p. 173. t. 87.

Narcissus totus albus latifolius polyanthos major odoratus. *Sloan. jam.* 115. *hist.* 1. p. 244. *Mart. cent.* 27. t. 27.

Habitat in Jamaica, Caribæis. 2

4. *PANCRATIUM* spatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. *maritimum*

Narcissus maritimus. *Baub. pin.* 34.

Lilio-Narcissus albus maritimus minor. *Morif. hist.* 2. p. 365. f. 4. t. 10. f. 28. *

Hemerocallis valentina. *Clus. hist.* 1. p. 167.

Habitat in Hispaniæ maritimis circa Valentiam & in fra Monspelium. 2

5. *PANCRATIUM* spatha multiflora, foliis linearibus, staminibus nectarii longitudine. *Carolinum*

Lilio-Narcissus polyanthos, flore albo. *Catesb. car.* 3. p. 5. t. 5.

Habitat in Jamaica, Carolina 2

6. *PANCRATIUM* spatha multiflora, foliis ensiformibus, staminibus nectario longioribus. *illyricum*

Narcissus illyricus liliaceus. *Baub. pin.* 55. *Seb. thes.* 1. p. 17. t. 8. f. 1.

Lilionarcissus hemerocallidis facie. *Best. syst. vern.* 3. t. 16. f. 1.

Habitat in Illyria 2

7. *PANCRATIUM* spatha multiflora, foliis ovatis nervosis. *amboinensis*

Narcissus amboinensis, folio latissimo subrotundo.

Comm. hort. 1. p. 71. t. 39.

Habitat in Ambonia. 2

CRINUM.

1. *CRINUM* foliis ovato-lanceolatis acuminatis sessilibus planis. *latifolium*

Sjovanna-polarali. *Rheed. mal.* 11. p. 77. t. 39.

Habitat in Asiæ arenosis. 2

Folia. 3. f. 4. digitos transversos lata, a basi sensim attenuata. Antheræ filiformes, lineares, incumbentes, longitudine dimidii filamenti s. corollæ.

- asiaticum.* 2. CRINUM foliis carinatis. *Fl. zeyl.* 127.
Lilium zeylanicum bulbiferum & umbelliferum. *Herm lugdb.* 682. t. 683.
Tanghekooli. *Rheed. mal.* II. p. 75. t. 38.
Habitat in Malabaria, Zeylona. 2
- americanum* 3. CRINUM corollarum apicibus introrsum ungviculatis.
Crinum. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 76. *Roy. lugdb.* 37.
LilioAsphodelus americanus sempervirens maximus polyanthus albus. *Comm. rar.* 14. t. 14. *Dill. elth.* 194. t. 160. f. 195.
β. LilioAsphodelus americanus sempervirens minor albus.
Comm. rar. 15. t. 15.
Habitat in America. 2
- africanum.* 4. CRINUM foliis sublancoatis planis, corollis obtusis.
Polianthes floribus umbellatis. *Vir. cliff.* 29. *Hort. cliff.* 126. *Roy. lugdb.* 27.
Hyacinthus africanus tuberosus, flore cæruleo umbellato. *Breyn. prodr.* I. p. 39. *icon.* 23. t. 10. *Covam. hort.* I. p. 133. t. 67. *Seb. thes.* I. p. 29. t. 19. f. 4.
Hyacintho affinis, tuberosa radice, africana, umbella cærulea inodora. *Pluk. alm.* 187. t. 195. f. 1.
Habitat in Æthiopia.

AMARYLLIS.

- inter.* 1. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla æquali, staminibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Roy. lugdb.* 36.
Narcissus autumnalis major. *Clus. hist.* I. p. 164.
Colchicum luteum v. majus. *Baub. pin.* 69.
Habitat in Hispania, Italia, Thracia. 2
- transca.* 2. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla æquali, pistillo declinato. *Hort. cliff.* 135. *Gron. virg.* 36. *Roy. lugdb.* 36.
LilioNarcissus virginianus. *Catesb. car.* 3. p. 12. t. 12.
LilioNarcissus liliiflorus carolinianus, flore albo singulari cum rubedine diluto. *Pluk. alm.* 220. t. 43. f. 3.
LilioNarcissus indicus pumilus monanthos albus. *Morrif. hist.* 2. p. 266. f. 4. t. 24. f. 4.
Habitat in Virginia. 2

3. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla inæquali, *ge- formosissima.*
 nitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Hort. upf.* 75.
Act. stockh. 1742. p. 93. t. 6. *Roy. lugdb.* 36.
 LilioNarcissus jacobæus, flore sanguineo mutante. *Dill.*
elth. 195. t. 162. f. 196.
 Narcissus jacobæus major. *Rudb. clyf.* 2. p. 89. f. 10.
Habitat in America meridionali. 2
4. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanula- *Bella donna.*
 tis æqualibus, genitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135.
Roy. lugdb. 36.
 LilioNarcissus polyanthos, flore incarnato: fundo ex lu-
 teo albescente. *Sloan. jam.* 115. *hist.* 1. p. 244. *Seb.*
thes. 1. p. 25. t. 17. f. 1.
 Lilium rubrum. *Merian. surin.* 22. t. 22.
Habitat in Caribæis, Barbados, Surinama. 2
5. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis revolutis, *farniensis.*
 genitalibus strictis. *Hort. upf.* 75.
 Amaryllis spatha multiflora, corollis æqualibus patentis-
 simis revolutis, genitalibus longissimis. *Hort. cliff.* 131.
Roy. lugdb. 36.
 Narcissus japonicus, rutilo flore. *Carn. canad.* 157. t.
 158. *Rudb. clyf.* 2. p. 23. f. 14.
 Lilium farniense. *Dugl. monogr.* t. 1. 2.
Habitat in Japonia, nunc in Sainiæ insula Angliæ. 2
6. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanu- *zeylanica.*
 latis æqualibus, scapo tereti ancipiti. *Roy. lugdb.* 36.
 LilioNarcissus zeylanicus latifolius, flore niveo externe
 linea purpurea striato. *Comm. hort.* 1. p. 73. t. 73.
- β. LilioNarcissus africanus, scillæ foliis, flore niveo linea
 purpurea striato. *Ehret. pict.* 5. f. 2. ?
Habitat in Zeylona. 2
7. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanu- *longifolia.*
 latis æqualibus, scapo compresso longitudine umbellæ.
Roy. lugdb. 36.
 Lilium africanum humile, longissimis foliis, polyanthos
 saturato colore purpurascens. *Herm. parad.* 195. t.
 195.
Habitat in Æthiopia. 2
8. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis inæqualibus, *orientalis.*
 foliis linguiformibus. *Büttn. cunou.* 215.
 Amaryllis spatha multiflora, foliis ovato-oblongis obtu-
 sis. *Roy. lugdb.* 37.

LilioNarcissus indicus maximus sphaericus, floribus plurimis rubris liliaceis. *Morif. hist.* 2. p. 568. f. 4. t. 10. f. 35.

Narcissus indicus orientalis. *Swert. flor.* 31. f. 1.
Habitat in India. 2

guttata.

9. AMARYLLIS spatha multiflora, foliis ciliatis.
LilioNarcissus sphaericus aethiopicus, foliis guttatis & cillii instar pilosis. *Pluk. alm.* 220.
Lilium africanum sphaericum, floribus obsolete puniceis minoribus, foliis guttatis ad margines cillii instar pilosis, bulbo longo. *Herm. lugdb.* 375.
Habitat in Aethiopia.

BULBOCODIUM.

vernum.

1. BULBOCODIUM foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 41.
Bulbocodium. *Hort. cliff.* 133.
Colchicum vernum hispanicum. *Bauh. pin.* 69. *Rudb. elyf.* 2. p. 128. f. 2.
Colchicum vernum. *Clus. hist.* 2. app. 203.
Habitat in Hispania. 2

serotinum.

2. BULBOCODIUM foliis subulato-linearibus. *Roy. lugdb.* 41.
Bulbocodium alpinum juncifolium, flore unico: intus albo extus squalide rubente. *Raj. angl.* 3. p. 374. t. 17. f. 1.
Pseudo-Narcissus gramineo folio. *Bauh. pin.* 51. *prodr.* 27. *Rudb. elyf.* 2. p. 64. f. 9.
Habitat in Alpibus Helvetiae, Angliae. 2

APHYLLANTHES,

- monspeliensis* 1. APHYLLANTHES. *Hort. cliff.* 493. *Sauv. monsp.* 8.
Aphyllanthes monspeliensium. *Lob. adv.* 190. *Bauh. hist.* 3. p. 336.
Caryophyllus caeruleus monspeliensium. *Bauh. pin.* 209.
Morif. hist. 2. p. 562. f. 5. t. 25. f. 12.
Habitat Monspeli prope Castelneuf locis montosis saxosis sterilibus.

ALLIUM.

* *Foliis caulinis planis.*

Ampeloprasum.

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspидatis, radice laterali.
Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus sphaerice congestis, radice laterali solida. *Hall. all.* 5.

Por-

Porum radice laterali solida, foliis linearibus, caule erecto, umbella subglobosa. *Roy. lugdb.* 40.

Allium sphaerico capite, folio latiore f. Scorodoprasum alterum. *Baub. pin.* 74. *Rudb. elys.* 2. p. 151. *

Habitat in Oriente, inque insula Holms Angliæ.

2. ALLIUM caule planifolio umbellifero, flaminibus *Porum*, tricuspидatis, radice tunicata. *Hort. ups.* 77. *Mat. med.* 165.

Allium flaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus sphaerice congestis, radice tunicata cauli circumnata. *Hall. all.* 5.

Porum radice ambiente tunicata oblonga solitaria. *Hort. cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.

Porum commune capitatum. *Baub. pin.* 72.

Porum fativum latifolium. *Baub. pin.* 72.

Habitat - - -

3. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella glo- *lineare*, bosa, flaminibus tricuspидatis corolla longioribus.

Porum caule tereti folioso, foliis linearibus planis, umbella globosa, flaminibus corolla longioribus.

Gmel. sibir. 1. p. 56. t. 13. & 14. f. 1.

Habitat in Sibiria.

4. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella glo- *Victorialis*, bosa, flaminibus lanceolatis corolla longioribus. *Mat. med.* 163.

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39.

Allium radice oblonga reticulo obducta. *Hall. all.* 17.

Allium montanum latifolium maculatum. *Baub. pin.* 74.

Allium anguinum. *Cam. epit.* 329.

Habitat in Alpibus Helvetiæ, Italiæ.

5. ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis inferio- *subhirsutum*, ribus hirsutis, flaminibus subulatis.

Allium foliis radicalibus subhirsutis, caulinis glabris, floribus umbellatis. *Hall. all.* 15.

Allium foliis lanceolato-linearibus, florum umbella fastigiata. *Roy. lugdb.* 39.

Moly angustifolium umbellatum. *Baub. pin.* 75.

Moly dioscoridis. *Clus. hist.* 1. p. 192.

Habitat in Africa, Italia, Hispania.

6. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero, staminibus simplicibus.
 Allium caule tereti, propagine ex ala *Hort. cliff.* 137.
Rev. Ingdb. 39. *Sauv. monsp.* 18.
 Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis, ex ala bulbiferum. *Hall. ali.* 19.
 Moly laetifolium liliflorum *Baub. pin.* 75.
 Moly indicum, flore purpurco. *Swert. Fl.* 61.
Habitat - - - - -

obliquum.

7. ALLIUM caule planifolio umbellifero, staminibus filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis.
 Allium radice tunicata, foliis planis linearibus caulinis, capitulo umbellato. *Gmel. sibir.* 1. p. 49. t. 9.
Habitat in Sibiria.
 Caulis bipedalis, teres. Folia alterna, plano-canaliculata, obliqua. Vaginis teretibus. Umbella globosa; Spatha globosa, acuminata. Petala ovata, erecta, concava, flava carina viridi. Filamenta alba, corolla duplo longiora. Antherae luteae. Germen subglobosum.

vamosum.

8. ALLIUM caule subplanifolio umbellifero, staminibus sabulatis longioribus; umbella globosa, foliis linearibus subconvexis.
 Allium scapo nudo tereti fere to, foliis semicylindricis, staminibus corolla longioribus. *Gmel. sib.* 1. p. 52. t. 9. f. 1.
Habitat in Sibiria. *G. Demidoff*
 Caulis ferme bipedalis, teres. Folia alterna, planiuscula, canaliculata, subtus convexa, margine obtusa. Umbella globosa. Petala ovata, purpurascencia carina saturatiore. Filamenta purpurea, corolla parum longiora. Antherae violaceae. Germen subrotundum: maculis 3, viridibus & medio caule ex ala folio opposita. Ramus nudus, longitudine caulis.

rosu.

9. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata, staminibus corollam aequantibus, foliis laevibus. †
 Allium foliis ensiformibus, radice bulbillis stipata, floribus amplis umbellatis. *Sauv. monsp.* 42.
 Allium sylvestre f. Moly minus, roseo amplo flore. *Magn. monsp.* 11. t. 10.
Habitat Montipellii in vicinis

latium.

10. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice composita, staminibus tricuspидatis. *Hort. ups.* 76. *Mat. med.* 164.
 Al-

- Allium radióis bulbo multipartito, capitulo bulbifero, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugob* 39.
- Allium flaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in unum bulbum congruentibus. *Hall. all.* 1.
- Allium fativum. *Bauh. pin.* 73.
- Allium. *Cam. epit.* 328.
- Habitat in Sicilia.*
11. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, flaminibus tricuspидatis. *Hort. upf.* 77. *Scorodoprimum.*
- Allium capitulo bulbofo erecto, foliis planis subcrenatis, vaginis ancipitibus. *Fl. suec.* 266. *It. xl.* 60.
- Allium flaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis leviter serratis. *Hall. all.* 3.
- Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascēte. *Bauh. pin.* 74. *Rwab. elyf.* 2. p. 155.*
- β. Allium flaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, scapo ante maturitatem contorto, *Hall. all.* 2.
- Allium fativum alterum f. Alliopratum caulis summo circumvoluto. *Bauh. pin.* 73.
- Allii genus Ophioscorodon dictum quibusdam. *Bauh. hist.* 2. p. 559.
- Porum radice laterali cordata solida, pedunculo revoluta, capite bulbifero. *Hort. cliff.* 136.
- Habitat in Oelandia, Dania, Pannonia.*
2. ALLIUM caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, flaminibus tricuspидatis. *It. Jean.* 227. *avenarium.*
- Porum planifolium, flaminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. *Rupp. hall.* 154. t. 2. f. 2.
- Habitat in Thuringia, in Falstria Scanie.*
13. ALLIUM caule planifolio bulbifero, flaminibus subulatis *savinatum.*
- Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall. all.* 24. t. 1. f. 2.
- Ampeloprasum proliferum. *Lob. ic.* 156. *
- β. Allium montanum bicorne angustifolium, flore dilute purpurascēte. *Bauh. pin.* 74.
- Allium f. Moly montanum 2. *Clus. hist.* 1. p. 195.
- Habitat in Germania.*
- * *Foliis caulinis teretibus.*
4. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, foliis femiteretibus, flaminibus tricuspидatis corolla longioribus. *sphaeroccephalum.*

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, radice multiplici, floribus sphaerice congestis. *Hall. all.* 7.

Porum caule tereti folioso, foliis linearibus planis, umbella globosa, staminibus corolla longioribus. *Gmel. fib.* 1. p. 56. t. 13. & 14. f. 1

Allium montanum, capite rotundo *Bauh. pin.* 75. *Rudb. elys.* 1. p. 157. f. 7.

Allium s. Moly montanum, purpureo flore. *Clus. hist.* 1. p. 195.

Allii genus forte Scorodoprasum alterum. *Bauh. hist.* 2. p. 564.

Scorodoprasum montanum juncifolium, capite rotundo dilute janthino, floribus paucis. *Mich. gen.* 25. t. 24. f. 2.

Habitat in Italia, Sibiria, Helvetia.

descendens. 15. ALLIUM caule subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspидatis. *Hort. upf.* 78.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite ivave rubente sphaerico non bulbifero, radice laterali. *Hall. all.* 8.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite sphaerico non bulbifero atropurpureo. *Hall. all.* 9. t. 1. f. 1.

Allium s. Moly latifolium, capite sphaerico, flore purpureo. *Rudb. elys.* 2. p. 160. f. 20.

Moly atropurpureum. *Rudb. elys.* 2. p. 165. f. 13. *Habitat in* Helvetia.

moschatum. 16. ALLIUM caule teretifolio subnudo umbellifero, umbella fastigiata. petalis truncatis, staminibus tricuspидatis. *Læfl.*

Allium foliis teretibus caulinis, floribus umbellatis. *Hall. all.* 14.

Moly moschatum, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 76. *prodr.* 28. t. 28. *Rudb. elys.* 2. p. 166. f. 14. * *Sauv. monsp.* 10.

Habitat in GalloProvinciæ, Narbonæ, Hispaniæ apricis elevatis.

flavum. 17. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus subulatis.

Allium umbella non bulbifera lutea, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all.* 21.

Allium montanum bicorne, flore pallido odore. *Bauh. pin.* 75.

Allium f. Moly montanum 4. *Clus. hist.* 1. p. 216.
Habitat in Pannonia.

18. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, staminibus tri-^{vincale}cuspidatis.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite bulbifero, radice multiplici. *Hall. all.* 4.

Allium sylvestre campestre purpurascens. *Baub. pin.* 74.

Allium campestre juncifolium capitatum purpurascens majus. *Baub. pin.* 74.

Porrum sylvestre vinearum. *Baub. pin.* 72.

Porrum sylvestre, gemino capite. *Baub. pin.* 72.

Habitat in Germania.

19. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis scabris ^{oleraceum.}semiteretibus iustus sulcatis.

Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all.* 23. f. 4.

Cepa capitulo bulbofo prolifero, foliis semiteretibus novemangularibus scabris fistulosis. *Fl. jucc.* 265. *

Porrum radice solida, caule erecto, capitulo bulbifero. *Roy. lugdb.* 40. *Cort. gelr.* 69.

Allium montanum bicorne, flore exalbido. *Baub. pin.* 75.

Habitat in Suecia, Germania.

* *Foliis radicalibus, scapo nudo.*

20. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus pla-^{nutans.}ntibus, staminibus tricuspatis. *Hort. ups.* 80.

Porrum scapo nudo ancipiti, antequam floruerit nutante, foliis ensiformibus: hinc paullo convexioribus.

Gmel. sibir. 1. p. 55. t. 18.

Habitat in Sibiria.

21. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus sub-^{senescens.}senescentibus convexis laevibus, umbella sabrotunda, staminibus subulatis. *Hort. ups.* 79.

Allium caule ancipiti teretiufculo, foliis ensiformibus: hinc paullo convexioribus. *Gmel. sibir.* 1. p. 53. t. 11. f. 2.

Allium foliis linearibus, florum umbella subglobosa. *Roy. lugdb.* 39.

Allium radice bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis brevissimis. *Hall. belv.* 297. *all.* 16. n. 2.

Allium montanum, foliis narcissi, majus. *Baub. pin.* 75.
Habi-

Habitat in Sibiria, Sicilia.

Petala erecta, a se invicem debiscentia, distantia, canaliculata, inflexa.

- angulosum.* 22. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. *Hort. upf.* 79. *
- Cepa scapo nudo subangulato farto, foliis linearibus subtus angulosis, staminibus corolla brevioribus. *Gmel. sibir.* 1. p. 58. t. 14. f. 2.
- Allium radice senescente lignosa transversa, umbella erecta. *Hall. all.* 16.
- Allium petraeum umbelliferum. *Baub. hist.* 2. p. 564. t. 564.
- Allium montanum, foliis narcissi, minus. *Baub. pin.* 75: *Habitat in* Sibiriae humidiusculis.
- Folia interdum subtus vix angulata, at Scapus superne parum angulato-striatus; Petala interiora apice patentia, omnia lateribus conniventia.
- Confer Allium sylvestre f. Moly minus, violaceo amplo flore. *Magn. mousp.*
- ursinum.* 23. ALLIUM scapo nudo semicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata.
- Allium foliis lanceolatis, scapo nudo semicylindraco, bulbo fetis obvallato. *Fl. suec.* 263. *It. gutt.* 169.
- Allium foliis radicalibus petiolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39. *Hall. all.* 18. *Gmel. sib.* 1. p. 49.
- Allium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 27.
- Allium sylvestre latifolium. *Baub. pin.* 74.
- Allium ursinum. *Fuchf. hist.* 739. *Cam. epit.* 330.
- Habitat in* Europae septentrionalioris nemorosis.
- triquetrum.* 24. ALLIUM scapo nudo triquetro.
- Allium caule triangulo. *Fournes. inst.* 385. *Roy. lugdb.* 39.
- Moly parvum. caule triangulo *Baub. pin.* 75.
- Moly caule & foliis triangularibus. *Park. par.* 142. t. 143. f. 4.
- Habitat in* Hispania.
- Cepa.* 25. ALLIUM scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus. *Hort. upf.* 77. *Mat. med.* 166.
- Allium staminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoso. *Hall. all.* 10.
- Cepa scapo nudo ventricoso foliis longiore, radice depressa. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 40.

Cepa vulgaris. *Baub. pin.* 71.

Cepa. *Cam. epit.* 324.

Habitat - - - -

26. ALLIUM scapo nudo subcylindrico, foliis lanceo-^{Moly.}
latis sessilibus, umbella fastigiata. *Hort. ups.* 76.
Allium foliis radicalibus sessilibus lanceolatis, floribus
umbellatis. *Roy. lugdb.* 38. *Hall. all.* 20.
Allium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 27.
Moly latifolium luteum, odore allii. *Baub. pin.* 75.
Moly flavo flore. *Swert. flor.* 1. t. 60. f. 2.
Moly montanum latifolium, flavo flore. *Clus. app. alt.*
Habitat in Hungaria, Baldo, Montpelii.
Petala patentia, tria exteriora magis patentia, interiora
erecta.
27. ALLIUM scapo nudo folia adæquante, foliis tereti-^{fistulosum,}
bus ventricosis. *Hort. ups.* 78.
Allium staminibus simplicibus, caule medio ventricoso.
Hall. all. 11
Cepa scapo longitudine foliorum, foliis ventricosis, ra-
dice oblonga. *Hort cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.
Cepa oblonga. *Baub. pin.* 71. *Dod. pempt.* 687.
Habitat in - - - -
28. ALLIUM scapo nudo adæquante folia teretia sub-^{Schœnopras-}
lato-filiformia. *Hort. ups.* 48. ^{sum.}
Allium staminibus simplicibus, foliis radicalibus tereti-
bus scapi longitudine. *Hall. all.* 12.
Cepa scapis foliisque subulatis teretibus fistulosis æquali-
bus, spathis globosis. *Fl. suec.* 264. *It. xl.* 54. 64.
Cepa scapo longitudine figuraque foliorum, foliis subu-
latis filiformibus, spathis globosis. *Hort. cliff.* 136.
Porrum sectivum jucifolium. *Baub. pin.* 72.
Schœnoprasum. *Dod. pempt.* 689.
- β. *Cepa* scapis foliisque teretibus, capitulis pyramidatis.
Gmel. sibir. 1. p. 59. t. 15. f. 1.
Cepa palustris altissima. *Buxb. cent.* 4. p. 27. t. 45.
Habitat in alpestribus Sibirix, Oclaudix locis rupestribus.
29. ALLIUM scapo nudo tereti inani. foliis subulatis si-^{conifolium,}
liformibus, capitulis laxis paucifloris. *Gmel. sibir.* 1.
p. 61. t. 15. f. 2.3.
Habitat in Sibiria.
30. ALLIUM scapo nudo subnullo. foliis linearibus. ^{ChamaMoly}
Moly humile, folio gramineo. *Baub. pin.* 75. ^{Cha-}

ChamæMoly, an Moly diofcoridis. *Column. ecphr.* 325
z. 326.

Habitat in Italia.

LILIUM.

- candidum.* 1. LILIUM foliis fparfis, corollis campanulatis: intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 80. *Mat. med.* 173. *Roy. lugdb.* 30.
Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76.
Lilium candidum. *Dod. pempt.* 197.
- β. Lilium album, floribus dependentibus, f. peregrinum. *Bauh. pin.* 76.
Habitat in Palæstina, Syria. 2
- bulbiferum.* 2. LILIUM foliis fparfis, corollis campanulatis erectis intus scabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 80. *Roy. lugdb.* 31. *Gmel. sibir.* 1. p. 41.
Lilium purpureo-croceum majus. *Bauh. pin.* 76.
- β. Lilium purpureo-croceum, flore pleno.
- γ. Lilium purpureo-croceum minus. *Bauh. pin.* 77.
- δ. Lilium phœniceum. *Bauh. pin.* 77.
- ε. Lilium bulbiferum latifolium majus. *Bauh. pin.* 77
- ζ. Lilium bulbiferum angustifolium. *Bauh. pin.* 77
- η. Lilium bulbiferum minus. *Bauh. pin.* 77.
- θ. Lilium bulbiferum incanum. *Bauh. pin.* 77.
Habitat in Italia, Austria, Sibiria. 2
- pomponum* 3. LILIUM foliis fparfis subulatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 81. *Roy. lugdb.* 31.
Lilium radice tunicata, foliis fparfis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Gmel. sibir.* 1. p. 42.
Lilium, floribus reflexis, angustifolium. *Bauh. pin.* 78.
Lilium rubrum præcox. *Clus. hist.* 1. p. 133.
- β. Lilium miniatum angustifolium. *Bauh. pin.* 79.
- γ. Lilium brevi & gramineo folio. *Bauh. pin.* 79.
Habitat in Pyrenæis, Sibiria. 2
Folia linearia, acuta, triquevra, canaliculata, fparfa.
Nectarii rima valde dentata.
- chalcedoni-*
cum. 4. LILIUM foliis fparfis lanceolatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 81. *Roy. lugdb.* 31.
Lilium byzantinum miniatum. *Bauh. pin.* 78.
Lilium rubrum f. miniatum byzantinum. *Clus. hist.* 1 p. 131.

- β. *Lilium byzantinum* miniatum polyanthos. *Baub. pin.* 78.
 γ. *Lilium purpuro-sanguineum*, flore reflexo. *Baub. pin.* 78.
Hemerocallis calcedonica. Lob. ic. 169.
Habitat in Persia. 2
Racemus ante florescentiam vix incurvatus ut in 3. 5.
et Caulis usque ad apicem Foliis vestitus confertis.
5. **LILIUM** foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis *Martagon.*
 revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 81. *Gmel. fibir.*
1. p. 44. Roy. lugdb. 31.
Lilium, floribus reflexis, latifolium. Baub. pin. 77.
Lilium sylvestre. Dod. pempt. 201.
- β. *Lilium*, floribus reflexis, alterum hirsutum. *Baub. pin.* 78.
Habitat in Hungaria, Helvetia, Sibiria, Lipsiæ.
6. **LILIUM** foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis *canadense.*
 campanulatis.
Lilium angustifolium, flore flavo maculis nigris distin-
cto. Tournef. inst. 371. *Barr. rar.* 778. *t.* 125.
Lilium Martagon canadense maculatum. Moris. hist. 2.
p. 408. f. 4. t. 20. f. 9.
Lilium f. Martagon canadense, floribus magnis flavis
non reflexis. Catesb. car. 3. *p. 11. t.* 11.
Habitat in Canada. 2
7. **LILIUM** foliis verticillatis, flore erecto, corolla cam- *camschat-*
 panulata. *Amœn. acad.* 2 *p. 348. ** *cenfe.*
Habitat in Canada, Camschatca.
e Camschatca planta petalis ovatis sessilibus, stigmati-
bus tribus absque stylo; e Canada petalis lanceolatis
unguiculatis cum stylo; varietates tamen juere.

FRITILLARIA.

1. **FRITILLARIA** racemo comoso inferne nudo, fo- *imperialis.*
 liis integerrimis. *Hort. upf.* 82.
Petilium foliis caulinis. Hort. cliff. 119. *Roy. lugdb.* 30.
Lilium f. Corona imperialis: genus. Baub. pin. 79.
Tufai. Clus. hist. 1. *p. 127. 128.*
Habitat in Persia? e Constantiнопoli venit in Europam
circa 1570. 2
2. **FRITILLARIA** racemo comoso inferne nudo, fo- *regia.*
 liis crenatis.
Corona regalis, lilii folio crenato. Dill. elth. 110. *t.* 93.
f. 109.
Habitat ad Cap. b. Spei.

FRI-

- perfoliata.* 3. FRITILLARIA racemo nudiusculo, foliis obliquis.
Hort. upf. 82.
 Fritillaria racemo nudo terminali. *Hort. cliff.* 119.
 Fritillaria radice rotunda. *Roy. lugdb.* 30.
 Liliū perficum. *Bauh. pin.* 79.
 Liliū fufianum. *Cluf. hift.* 1. p. 130.
Habitat in Perfia? e Sufis venit in Europam 1573. 2
- pyrenæica.* 4. FRITILLARIA foliis infimis oppositis. *Hort. cliff.*
 81.
 Fritillaria flore minore. *Bauh. pin.* 64.
 Fritillaria pyrenæa. *Cluf. hift.* 2. p. 256. *poftb.* 10.
Habitat in Pyrenæis. 2
- Melcagris* 5. FRITILLARIA foliis omnibus alternis. *Hort. upf.*
 81.
 Fritillaria e foliorum alis florens. *Hort. cliff.* 119
 Fritillaria radice depreffa. *Roy. lugdb.* 30.
 Fritillaria præcox purpurea variegata. *Bauh. pin.* 64.
Melcagris. Reneal. spec. 147. t. 146.
 β. Fritillaria alba variegata. *Bauh. pin.* 64.
 γ. Fritillaria alba præcox. *Bauh. pin.* 64.
 δ. Fritillaria ferotina atropurpurea. *Bauh. pin.* 64.
Habitat in Gallia, Italia. 2

UVULARIA.

- amplexifolia* 1. UVULARIA foliis amplexicaulibus.
 Uvularia foliis cordato-oblongis. *Roy. lugdb.* 29.
 Smilax perfoliata ramofa, flore albo. *Barr. rar.* 58, t.
 720.
 Polygonatum latifolium ramofum. *Bauh. pin.* 302. *Bauh.*
hift. 3. p. 531. *Morif. hift.* 3. p. 537. f. 13. t. 4. j. 11.
Raj. hift. 665.
 Polygonatum latifolium 4 ramofum. *Cluf. hift.* 1. p.
 276.
 Laurus alexandrina. *Cam. epit.* 936
Habitat in Bohemiæ, Silefiæ, Saxoniæ, Delphinatus mon-
tibus. 2
- perfoliata.* 2. UVULARIA foliis perfoliatis. *Amen. acad.* 2. p. 337
 Uvularia caule perfoliato. *Gron. virg.* 57. *Cold. no-*
ueb. 74.
 Uvularia folio integerrime. *Roy. lugdb.* 29.
 Uvularia. *Hort. cliff.* 121.
 Polygonum ramofum, flore luteo, majus. *Corn. canad.*
 35. *Morif. hift.* 3. p. 538. f. 13. t. 4. f. 12.
 Poly-

Polygonatum latifolium perfoliatum brasilianum. *Baub. pin.* 303. *prodr.* 139. *Burf. XVII.* 61.

Habitat in Virginia, Canada. plantæ Burferi ex Toupinambault Brasiliæ a pharmacopæo allatæ, & C. B. communicatæ videntur inibi omnes ex Canada fuisse.

3. UVULARIA foliis sessilibus. *sessilifolia.*
 Uvularia foliis sessilibus, flore unico. *Cold. noveb.* 73.
Habitat in Canada. Kalin.
 Habitus præcedentis; Caulis bifidus, uniflorus. Folia lanceolato-ovata, alterna, at ubi flos ex altero ramo exit, folia bina adsunt. Pedunculus nudus.

GLORIOSA.

1. GLORIOSA. *Hort. cliff.* 121. *Fl. zeyl.* 122. *Roy. superba,* *lugdb.* 29.
 Methonica malabarorum. *Herm. lugdb.* 688. t. 689.
Pluk. alm. 249. t. 116. f. 3.
 Liliium zeylanicum superbum. *Comm. hort.* 1. p. 69. t. 31.
 Mendoni. *Rheed. mal.* 7. t. 107. f. 57.
Habitat in Malabaria. 2

ERYTHRONIUM.

1. ERYTHRONIUM. *Hort. cliff.* 119. *Gmel. fib. i.* *Dens canis* p. 39. t. 7. *Roy. lugdb.* 30.
 Dens canis latiore rotundioreque folio. *Baub. pin.* 87.
 Dens caninus. *Dod. pempt.* 203.
 2. Dens canis angustiore longioreque folio. *Baub. pin.* 87.
 2. Erythronium foliis ovato-oblongis glabris nigro maculatis. *Gron. virg.* 151. *flore flavo.*
Habitat in Liguria, Allobrogibus, Augusta Taurinorum, Sibiria, Virginia. 2

TULIPA.

1. TULIPÁ flore subnutante, foliis lanceolatis. *spilvestris.*
 Tulipa minor lutea italica. *Baub. pin.* 63.
 Tulipa minor lutea gallica. *Baub. pin.* 63; *Sauv. moersp.* 306.
Habitat Monspelli, inque Apenninis, Londini. 2
 Distinguitur a sequente: Caule altiore, Foliis angustioribus, Floris colore luteo subtus virescente, petalis acutioribus, Scapo versus florem inflexa & ante florentiam nutante. Sed præprimis staminum filamentis basi valde attenuatis, & supra basin hirsutis.

U

2. TU-

- gejuzriana.* 2. TULIPA flore erecto, foliis ovato-lanceolatis.
 Tulipa scapo triphylo, foliis ovato-lanceolatis. *Hort.*
ups. 82.
 Tulipa. *Hort. cliff.* 118. *Roy. lugdb.* 31. *Fl. suec.* 262.
 Tulipa (genus fere totum) *Bauh. pin.* 57.
 Tulipa turcarum. *Cord. hist.* 213.
Habitat in Cappadocia, unde in Europam 1559. &
- breyriana.* 3. TULIPA caule polyphylo, foliis linearibus.
 Sifyrinchium, ex phœniceo suaverubente flore, athio-
 picum. *Brey. cent. t.* 36. *Rudb. elyf.* 2. p. 13. f. 11.
Habitat in Æthiopia. &

ORNITHOGALUM.

- luteum.* 1. ORNITHOGALUM scapo anguloso diphylo, pe-
 dunculis umbellatis simplicibus. *Fl. suec.* 270.
 Ornithogalum scapo diphylo, pedunculis simplicibus
 terminalibus, filamentis omnibus subulatis. *Hort.*
cliff. 124. *Roy. lugdb.* 31.
 Ornithogalum luteum. *Bauh. pin.* 71.
 Pyrochiton. *Reneal. spec.* 91. t. 90.
Habitat in Europæ cultis macellis. &
- minus.* 2. ORNITHOGALUM scapo angulato diphylo, pe-
 dunculis umbellatis ramosis. *Fl. suec.* 271. *
 Ornithogalum luteum minus. *Bauh. pin.* 71.
 Hypoxis. *Reneal. spec.* 92.
Habitat in Europæ cultis oleraceis.
- virginianum.* 3. ORNITHOGALUM scapo angulato, pedunculis
 umbellatis villosis.
 Ornithogalum scapo bifloro. *Roy. lugdb.* 31.
 Ornithogalum virginianum luteum. *Pet. gaz.* 1 t. 1.
 f. 3.
 Ornithogalum luteum parvum virginianum, foliis gra-
 miacis hirsutis. *Pluk. alm.* 272. t. 350. f. 12.
 Ornithogalum vernum luteum, foliis angustis hirsutis.
Gron. virg. 37.
Habitat in Virginia, Canada.
Spec. t. 2. 3. maxime affines sunt.
- bivalve.* 4. ORNITHOGALUM floribus umbellatis, spatha bi-
 valvi. *Gron. virg.* 37. †
Habitat in Virginia.
- pyrenæicum.* 5. ORNITHOGALUM racemo longissimo, filamen-
 tis

tis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis scapo approximatis.

Ornithogalum racemo longissimo, filamentis dilatato-linearibus, capsulis erectis. *It. Jean.* 220.

Ornithogalum spica longissima, filamentis triangularibus. *Hall. helv.* 294.

Ornithogalum angustifolium majus, floribus ex albo virrescentibus. *Bauh. pin.* 70. *Ruab. clyf.* 2. p. 134. f. 3.

Ornithogalum majus. *Clus. hist.* 1. p. 187.

Ornithogalum pyrenaicum. *Clus. cur.* 21.

Stachyoides. *Reneal. spec.* 93. t. 90.

Habitat in Alpibus Helveticis, Genevensibus, Pyrenæicis. 2

6. ORNITHOGALUM racemo longissimo, foliis lanceolato-oviformibus. *latifolium.*

Ornithogalum latifolium & maximum. *Bauh. pin.* 70.

Ornithogalum vel Lilium alexandrinum, floribus albis innummerabilibus. *Swert. floril.* 58.

Habitat in Arabia, Ægypto.

Folia pedalia plus quam duos pollices lata. 2

7. ORNITHOGALUM racemo conico, floribus numerosis ascendentibus. *pyramidale.*

Ornithogalum angustifolium spicatum maximum. *Bauh. pin.* 70. *Ruab. clyf.* 2. p. 134. f. 4.

Ornithogalum lacteum maximum. *Beß. eyß. vern.* 5. t. 14. f. 2.

Habitat in collibus Lusitanæ. 2

* *Staminibus alternis emarginatis.*

8. ORNITHOGALUM floribus corymbosis, pedunculis scapo humilioribus, filamentis emarginatis. *arabicum.*

leg. 32.

Ornithogalum umbellatum maximum. *Bauh. pin.* 69.

Ornithogalum arabicum. *Clus. hist.* 11. p. 186. *Beß. eyß. vern.* 5. t. 12. f. 1.

Melanomphale. *Reneal. spec.* 89. t. 90.

Habitat juxta Alexandriam Ægypti. 2

9. ORNITHOGALUM floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus, filamentis emarginatis. *umbellatum.*

Hort. clif. 124. *Hort. ups.* 84. *Roy. lugdb.* 32.

Ornithogalum umbellatum medium angustifolium.

Bauh. pin. 70.

Eliocarmos. *Reneal. spec.* 88. t. 87.

Habitat in Germania, Gallia. 2

- antenn.* 10. ORNITHOGALUM floribus secundis pendulis, nectario flamineo campaniformi.
 Ornithogalum floribus secundis pendulis, filamentis latis emarginatis. *Hort. cliff.* 124. *Hort. upf.* 84. *Roy. lugdb.* 32.
138. *Roy. lugdb.* 229.

Rumex foliis cordato-oblongis acuminatis integris. *Fl.*
lapp. 129.

Lapathum folio acuto crispo. *Baub. pin.* 115.

Lapathum acutum crispum. *Tabern. ic.* 436.

Habitat in Europæ succulentis. ♀

10. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis *acutus.*
graniferis, foliis cordato-oblongis. *Hort. cliff.* 138.

Mat. med. 176. *Fl. suec.* 293. *Roy. lugdb.* 229.

Lapathum acutum f. Oxylapathum. *Baub. hist.* 2. p.
983. *Lob. ic.* 284.

Lapathum acutum. *Raj. hist.* 175.

Habitat in Europæ succulentis. ♀

11. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis, *obtusifolius.*
foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. †

La-

Lapathum involuero feminis dentato, foliis obtusis ora crispula. *Hall. helv.* 172.

Lapathum sylvestre, folio subrotundo, feminis involucri dentatis. *Morif. hist.* 2. p. 580.

Lapathum folio minus acuto. *Bauh. pin.* 111.

Lapathum vulgare, folio obtuso. I. B. *Raj. hist.* 175.

Lapathum. *Cam. epit.* 228.

Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Anglia. &

* *Hermaphroditis: valvulis granulæ destitutis s. nudis.*

pulcher. 12. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis lyratis. *Guett. fcamp.* 1. p. 7.

Lapathum ramis procumbentibus, feminis involuero dentato, foliis inferioribus instar fidium. *Morif. hist.* 2. p. 580.

Lapathum pulchrum bononiense sinuatum. *Bauh. hist.* 2. p. 988. *Raj. hist.* 1. p. 174.

Habitat in Gallia, Italia, Veronæ.

bucephalophorus. 13. RUMEX floribus hermaphroditis; valvulis dentatis nudis planis reflexis. *Hort. ups.* 90.

Rumex fructibus dentatis calyce reflexis, caput bovinum referentibus. *Hort. cliff.* 139.

Acetosa, ocyni folio, neapolitana. *Bauh. pin.* 114.

Acetosa, ocyni folio, bucephalophoros. *Gal. ecphr.* 1. p. 151. t. 150.

Habitat in Italia. ☉

aquaticus. 14. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis.

Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.

Lapathum palustre. *Tabern. ic.* 437.

Hippolapathum. *Dalech. hist.* 604. *Cam. epit.* 232.

Herba britannica. *Munt. brit.* 1. 1.

Habitat in Europa ad ripas fluviorum & paludum. &

Lunaria. 15. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis lævibus, caule arboreo, foliis subcordatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Roy. lugdb.* 320.

Acetosa arborefcens, subrotundo folio. *Pluk. alm.* 8. t. 252. f. 3.

Lunaria magorum arabum. *Bauh. hist.* 2. p. 994?

Habitat in Canariis. ♀

vescarius. 16. RUMEX floribus hermaphroditis geminatis: valvularum alis maximis membranaceis reflexis, foliis indivisis. *Hort. cliff.* 130. *Hort. ups.* 90. *Roy. lugdb.* 230.

Acce-

Acetosa americana. foliis longissimis pediculis donatis.
Bauh. pin. 114. *prodr.* 54. *Morif. hist.* 2. p. 583. f. 5. t. 28. f. 7.

Habitat in Africa. ☉

17. RUMEX floribus hermaphroditis distinctis. valvula roseo.
 rum alis maximis membranaceis, foliis erosis. *Roy.*
lugdb. 230.

Acetosa ægyptia, roseo seminis involacro. *Bauh. afr.*
 5. f. 5.

Habitat in Ægypto. ☉

18. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis cordato-ha-
 statis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 138. *Hort. ups.* 89.
Roy. lugdb. 230.

Acetosa rotundifolia horientis. *Bauh. pin.* 114. *Morif.*
hist. 2. p. 583. f. 5. t. 28. t. 9.

Lapathum androgynum acetosum, foliis sagittatis, rā-
 mis divergentibus. *Hall. herb.* 170.

Oxalis rotundifolia. *Dod. pempt.* 649.

β. Acetosa scutata repens. *Bauh. pin.* 114. *prodr.* 55.

*Habitat in Helvetia, Galloprovincia, inter acervos la-
 pidum.* ♀

19. RUMEX floribus hermaphroditis digynis. *Hort. cliff digynus*
 138. *Fl. suec.* 294. *Roy. lugdb.* 230.

Rumex foliis orbiculatis emarginatis. *Fl. lapp.* 132.

Acetosa rotundifolia alpina. *Bauh. pin.* 55. *prodr.* 114.

Acetosa repens veitnoriandica, coentearæ foliis nonni-
 hil sinuatis. *Pluk. alm.* 8. t. 252. f. 2.

Acetosa britannica rotundifolia, fructu compresso *Blair.*
obs. 67. t. 67.

Habitat in Alpibus Laponicis, Helvencis, Wallicis.

* * * *Floribus declinis.*

20. RUMEX floribus androgynis: calycibus femineis spinoso-
 monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis.
Hort. ups. 89.

Rumex floribus androgynis, calycibus fructus uncinatis.

Hort. cliff. 139. *Roy. lugdb.* 230.

Beta cretica, femine aculeato. *Bauh. pin.* 118. *prodr.* 57.

Beta cretica, femine spinoso. *Bauh. hist.* 2. p. 962.

Habitat in Creta. ☉

21. RUMEX floribus dioicis, folus oblongis sagittatis. *Acetosa.*
Vir. cliff. 32. *Hort. cliff.* 139. *Hort. ups.* 89. *Fl. suec.*
 295. *Fl. lapp.* 130. *Mus. med.* 529. *Roy. lugdb.* 230.

Y

Aceto-

Acetosa pratensis. *Bauh. pin.* 14.

- β. Acetosa pratensis, flore albo. *Tournef. inst.* 502.
 γ. Oxalis crispata. *Bauh. hist.* 2. p. 990. *Tabern. ic.* 440.
 δ. Acetosa montana maxima. *Bauh. pin.* 114. *Scheuch. alp.* 129.
 ε. Acetosa montana, lato ari folio rotundo. *Bocc. mus.* 165. t. 125.
Habitat in Europæ pascuis. δ in Alpibus. ζ

- Acetosella.* 22. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis.
Vir. cliff. 32. *Hort. cliff.* 139. *Fl. lapp.* 131. *Fl. succ.* 296. *Roy. lugdb.* 231. *Gron. virg.* 153.
 Acetosa arvensis lanceolata. *Bauh. pin.* 114.
 Oxalis ovina. *Tabern. ic.* 440.
 β. Acetosa lanceolata angustifolia repens. *Bauh. pin.* 114
prodr. 55.
 γ. Acetosa arvensis minima non lanceolata. *Bauh. pin.* 114.
 δ. Acetosa minor erecta, lobis multifidis. *Bocc. mus.* 164. t. 126.
Habitat in Europæ pascuis δ arvis arenosis. ζ

SCHEUCHZERIA.

- palustris.* 1. SCHEUCHZERIA. *Fl. lapp.* 133. t. 10. f. 1. *Fl. succ.* 297. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 258. *Gmel. sib.* 1. p. 73. *Berg. v. adr.* 67.
 Juncus floridus minor. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 43. *theatr.* 190. *Rudb. elys.* 1. p. 110. f. 2.
 Juncoidi affinis palustris. *Scheuch. gram.* 336.
 Gramen junceum aquaticum, semine racemoso. *Læf. pruss.* 114. t. 28.
Habitat in Lapponiæ, Helvetiæ, Boruffiæ, Sueciæ palu- dofis. ζ

TRIGLOCHIN.

- palustre.* 1. TRIGLOCHIN capsulis trilocularibus sublinearibus.
Fl. succ. 298. *Act. stockh.* 1742. p. 147. t. 6. f. 1. 2. 3.
 Triglochin fructu tenui. *Fl. lapp.* 134. *Roy. lugdb.* 44. *Hall. helv.* 258.
 Gramen junceum ipicatum f. Triglochin. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 80.
 Calamagrostis IV. *Dalech. hist.* 1006.
 β. Juncago maritima perennis, bulbosa radice. *Mieb. gen.* 44.

Juncago maritima. *Barr. rar.* 55. t. 271.

Habitat in Europæ inundatis uliginosis. ♂

2. **TRIGLOCHIN** capsulis sextocularibus ovatis. *Fl. maritima.*

Succ. 299. *Act. Stockb.* 1742. p. 147. t. o. f. 4. 5.

Triglochin fructu subrotundo. Fl. lapp. 135. *Ray. Ingeb.*

45. *Gort. gelr.* 76.

*Juncago palustris & maritima pesennis, fructu breviorē
quinquecapsulari. Mich. gen.* 44.

Gramen spicatum alternum. Baub. pin. 6. *theatr.* 82.

Habitat in Europæ maritimis. ♀

MELANTHIUM.

1. **MELANTHIUM** petalis unguiculatis. *virginicum.*

*Melanthium foliis linearibus integerrimis longissimis, flo-
ribus paniculatis. Gron. virg.* 59.

Habitat in Virginia. ♀

2. **MELANTHIUM** petalis sessilibus. *Amer. acad.* 2. *sibiricum.*

p. 349. t. II. *

Ornithogalum spicis florum longissimis ramotis. Gmel.

fib. 1. p. 45. t. 8.

Habitat in Sibiria. ♀

MEDEOLA.

1. **MEDEOLA** foliis verticillatis, ramis aculeatis. *aculeata.*

Fruculus foliis rufci stellatis. Dill. clib. 148. t. 123.

f. 140

Habitat in America calidiore. ♂

2. **MEDEOLA** foliis verticillatis, ramis inermibus. *virginiana.*

Medeola foliis stellatis lanceolatis, fructu baccato

Gron. virg. 39. *

*Lilium s. Martagon pusillum, floribus minutissime her-
baceis. Pluk. alm.* 401. t. 328. f. 4.

Habitat in Virginia. ♂

3. **MEDEOLA** foliis alternis.

Asparagus foliis ovato-lanceolatis solitariis. Hort. cliff. asparagoides,

122. *Ray. Ingeb.* 29.

Asparagus africanus laudens, myrtili folio. Till. pij.

16. t. 12. f. 1. 2.

Habitat in Æthiopia. ♂

TRILLIUM.

1. **TRILLIUM** flore pedunculato cernuo. *cernuum.*

Y 2

Paris

Paris foliis ternis, flore pedunculato nutante. *Cola. noveb.* 81.

Solanum triphyllum, flore hexapetalo carneo. *Catesb. carol.* 1. p. 45.

Habitat in Carolina. ♀

erectum.

2. TRILLIUM flore pedunculato erecto.

Paris foliis ternis, flore pedunculato erecto. *Amœn. acad.* 1. p. 154. *

Solanum triphyllum brasilianum. *Baub. pin.* 167. *prodr.* 91. *Burf. IX:* 12.

Solanum triphyllum canadense. *Corn. canad.* 166. t. 167

Solano congener triphyllum canadense. *Morif. hist.* 3 p. 532. f. 13. t. 3. f. 7.

Habitat in Virginia.

sessile.

3. TRILLIUM flore sessili erecto.

Paris foliis ternatis, flore sessili erecto. *Gron. virg.* 44.

Solanum virginianum triphyllum, flore tripetalo atropureo in foliorum sinu, absque pediculo, sessili. *Pluk. alm.* 352. t. III. f. 6.

Solanum triphyllum, flore hexapetalo: tribus petalis purpureis, cæteris viridibus reflexis. *Catesb. car.* 1. p. 50. t. 50.

Habitat in Virginia, Carolina. ♀

MENISPERMUM

canadense. 1. MENISPERMUM foliis peltatis subrotundis angulatis. *Hort. cliff.* 140. *Hort. ups.* 91. *Gron. virg.* 153.

Menispermum canadense scandens, umbilicato folio, *Tournef. act.* 1705. p. 311.

Hedera monophyllos virginiana, convolvuli foliis. *Pluk. alm.* 181. t. 36. f. 2.

Habitat in Virginia, Canada. ♀

virginicum. 2. MENISPERMUM foliis cordatis peltatis lobatis. *Gron. virg.* 40.

Menispermum folio hederaceo. *Dill. elth.* 223. t. 178. f. 219.

Habitat in Virginia & Carolina maritima. ♀

carolinum. 3. MENISPERMUM foliis cordatis subtus villosis.

Habitat in Carolina.

Cocculus. 4. MENISPERMUM foliis cordatis retusis mucronatis. *Mat. med.* 175.

Arbor, aristolochiæ foliis, maderaspatana, fructu parvo medicæ ad instar convoluta. *Pluk. alm.* 43. t. 13 f. 2.

Cocculus officinarum. *Baub. pin.* 511. *Pluk. mant.* 52. t. 345. f. 2.

Nattifalam. *Rheed. mal.* 7. p. 1. t. 1. an?

Habitat in India. 5

5. MENISPERMUM foliis orbiculatis subtus villosis. *orbiculatum.*

Cocculi orientalis frutex convolvulaceus, orbiculatis foliis prona parte villosis. *Pluk. amalth.* 61. t. 384. f. 6.

Habitat in insula Crocodilorum Asiæ.

6. MENISPERMUM foliis lanceolato-ovatis villosis. *hirsutum.*

Cocculi indici altera species minor scandens, vineæ per-vineæ foliis villosis. *Pluk. amalth.* 61. t. 384. f. 7.

Habitat in India.

7. MENISPERMUM foliis linearilanceolatis hirsutis. *myosotoides.*

Cocculi indici species minima, myosotidis hirsutis foliis & facie. *Pluk. phyt.* 384. f. 3.

Habitat in India.

SAURURUS.

1. SAURURUS foliis cordatis petiolatis, spicis solitariis recurvis. *Hort. ups.* 91. *cervine.*

Saururus foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, spicis solitariis propendentibus folio brevioribus. *Roy. lugdb.* 8.

Saururus foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, spicis solitariis folio longioribus. *Hort. cliff.* 139. *Gron. virg.* 40.

Serpentaria repens, floribus stamineis spicatis, bryoniæ nigrae folio ampliore pingvi, virginienfis. *Pluk. alm.* 343. t. 117. f. 4.

Habitat in Marilandia, Virginia. 2

COLCHICUM.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis cretæis. *Hort. autumnale cliff.* 140. *Hort. ups.* 90. *Roy. lugdb.* 41. *Sauv. monsp.* 18. *Næhm. lips.* 29.

Colchicum commune. *Baub. pin.* 67.

Colchicum. *Fuch. hist.* 356. 357.

2. Colchicum flore pleno. *Baub. pin.* 67.

Habitat in Europæ australioris succulentis. 2

- montanum.* 2. COLCHICUM foliis linearibus patentissimis. *Læf.*
Colchicum montanum angustifolium. *Baub. pin.* 68.
Colchicum montanum. *Clus. hisp* 266. t. 267. *hist.*
1. p. 200.
Habitat in Hispania, Helvetia. &
Folia una cum floribus autumnò erumpunt.
- variegatum.* 3. COLCHICUM foliis undulatis patentibus. *Hort. cliff*
140. *Rev. lugdb.* 42.
Colchicum chionense, floribus fritillariæ instar tessula-
tis, foliis undulatis. *Morif. hist.* 2. p. 341. f. 4 t.
3. f. 7.
Habitat in Chio insula. &

HELONIAS.

- bullata.* 1. HELONIAS. *Gen. nov.* 1077. f. 1. *
Ephemera phalangoides virginianum, strobulis arboreis
bullatis in spicam dispositis. *Pluk. alm.* 135. t. 174
f. 5. *Morif. hist.* 3. p. 606. f. 15. t. 2. f. 1.
Habitat in Pensylvaniæ paludosis. &

TETRAGYNIA.

PETIVERIA.

- alliacea.* 1. PETIVERIA. *Hort. cliff.* 141. *Hort. ups.* 91. *Ad.*
Stockb. 1744. p. 287. t. 7.
Petiveria solani foliis, loculis spinosis. *Plum. gen.* 50.
Verbenæ aut Scorodoniæ affinis anomala, flore albedo,
calyce aspero, alii odore. *Sloan. jam.* 64. *hist.* 1. p.
172. *Raj. suppl.* 287.
Habitat in Jamaicæ nemorosis. &

POLYGYNIA.

ALISMA.

- Plantago. Δ.* ALISMA foliis ovatis acutis, fructibus obtusè trigonis.
Alisma fructu obtusè trigono. *Fl. lapp.* 138. *Fl. succ.*
300. *Hort. cliff.* 141. *Rev. lugdb.* 46.
Plantago aquatica latifolia. *Baub. pin.* 190.
Plantago aquatica. *Cam. epit.* 264.
Habitat in Europæ aquis & ad ripas fluviorum, lacu-
um. &

2. ALISMA foliis ovatis acutis, fructibus globosis. *flava*
 Damasonium maximum, plantaginis folio, flore flavescente, fructu globoso. *Plum. spec.* 7.
Habitat in America meridionali. 2
3. ALISMA foliis cordato-oblongis, floribus hexagynis. *Damasonium.*
 Alisma fructu sexcorni. *Hort. cliff.* 141. *Roy. lugdb.* 46. *Sauv. monsp.* 14.
 Plantago aquatica stellata. *Baub. pin.* 190.
 Plantago aquatica minor altera. *Lob. ic.* 301.
 Damasonium stellatum. *Dalecb. hist.* 1058.
Habitat in Angliæ, Galliæ aquosis.
4. ALISMA foliis cordatis obtusis. † *cordifolia.*
 Damasonium ramosum, folio cordiformi. *Vaill. act.* 1719. p. 28.
 Sagittaria virginiana, obtusiore lato folio, floribus minoribus albis. *Morif. hist.* 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. 6.
Habitat in Virginia. 2
5. ALISMA foliis ovatis obtusis, pedunculis solitariis. *natatis.*
 Damasonium repens, potamogetonis rotundifolii folio. *Vaill. act.* 1719. p. 29. t. 4. f. 8.
 Damasonium radículas emittens ex geniculis. *Vaill. parif.* 46.
 Ranunculus palustris foliis gramineis & subrotundis. *Petit. gen.* 47.
Habitat in Galliæ, Sueciæ fossis.
6. ALISMA foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoso-squarrosis. *Ranunculoides.*
 Alisma fructu globoso undique echinato. *Hort. cliff.* 141. *It. gotl.* 298. *Fl. suec.* 301. *Roy. lugdb.* 46. *Gort geir.* 77. *Sauv. monsp.* 14.
 Damasonium angustissimo plantaginis folio. *Vaill. act.* 1719. p. 35.
 Plantago aquatica humilis angustifolia. *Baub. hist.* 3. p. 738. *Lob. ic.* 300.
 Ranunculus aquaticus, plantaginis folio angustissimo. *T. Pet. gaz.* 41. t. 26. f. 12.
Habitat in Gotlandiæ, Belgii, Angliæ, Galliæ fossis.
7. ALISMA foliis subulatis. *Gron. virg.* 153 *subulata*
Habitat in Virginia.

Classis VII.

HEPTANDRIA
MONOGYNIA.

TRIENTALIS.

- europæa.* 1. TRIENTALIS foliis lanceolatis integerrimis.
 Trientalis. *Fl. lapp.* 139. *Fl. suec.* 302. *Roy. lugdb.* 438.
 Alline alpina. *Swenckf. files.* 117.
 Pyrola alfine flore europæa. *Bauh. pin.* 191. *prodr.* 101.
 Pyrola alfine flore minor brasiliiana. *Bauh. prodr.* 101.
 t. (*sub Hermodactyli nomine*) 99. *Burf. X.* 107.
Habitat in Europæ borealis sylvis & juniperetis. 2
- capensis.* 2. TRIENTALIS foliis subrotundis crenatis. *Roy. lugdb.*
 538. †
Habitat ad Cap. b. Spei.
Plantam hanc non vidi, ex auctoritate Claviff. D. Ro-
yeni adpojus.

ÆSCULUS.

- Hippo Casta-* 1. ÆSCULUS floribus heptandris. *Hort. ups.* 92.
num. Æsculus. *Hort. cliff.* 142. *Roy. lugdb.* 463
 Castanea folio multifido. *Clus. hist.* 1. p. 7.
Habitat in Asia septentrionaliore, unde in Europam.
 1550. h,
- Pavia.* 2. ÆSCULUS floribus octandris.
Pavia. Boerb. lugdb. 2. p. 260. t. 260. *Hort. angl.* 54.
 t. 19. *Hort. cliff.* 143. *Roy. lugdb.* 463.
 Saamouna pisonis f. filiquifera brasiliensis arbor, digi-
 tatis foliis serratis, floribus teucru purpureis. *Pluk.*
alm. 326. t. 50. f. 4.
Habitat in Carolina, Brasilia. h,

Classis VIII.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

TROPÆOLUM.

1. TROPÆOLUM foliis integris, petalis acuminato se- *majus.*
taceis. *Hort. ups.* 93.
Tropæolum foliis peltatis orbiculatis. *Hort. cliff.* 145.
Cardamindum minus & vulgare T. *Fewill. peru.* 3.
p. 14. *t.* 8.
Nasturtium indicum majus. *Bauh. pin.* 306.
Nasturtium indicum. *Lob. ic.* 166. *f.* 2. 1.
Habitat in Peru, Lima. ☉ 2.
2. TROPÆOLUM foliis subquinelobis, petalis obtusis *minus.*
Hort. ups. 93.
Tropæolum foliis peltatis orbiculatis. *Hort. cliff.* 143.
Cardamindum ampliori folio & majori flore. T. *Few.*
peruv. 3. *p.* 14. *t.* 8.
Acriviola maxima odorata. *Boerb. lugdb.* 1. *p.* 244.
Viola inodora scandens, nasturii sapore, maxima odora-
ta. *Herm. lugab.* 628. *t.* 629.
Habitat in Peru, unde in Europam venit 1684 cura Be-
verningii. ☉ 2.
3. TROPÆOLUM foliis palmatis, petalis multifidis. *peregrinum.*
Cardamindum quinefolii folio, vulgo Malla. *Few.*
peruv. 2. *p.* 756. *t.* 42.
Habitat in Peru, nondum mihi visa in Europa. ☉.

OSBECKIA.

1. OSBECKIA. *chinensis.*
Echinophora maderaspatana, fideritis non serratis nervo-
sis foliis, fructu capsulari caucalidis æmulo. *Pluk.*
alm. 132. *t.* 173. *f.* 4.
Kadali maderaspatanum minus, capsulis pilosis. *Raj.*
suppl. app. 236.
Habitat in India: in honorem Petr. Osbeck, Sveci, qui
1751. plantas Chinæ & Javæ periculofo itinere adiit, le-
git, examinavit, descripsit, communicavit.
Habitat in Melastomac. Caulis erectus, brachiatus, acute tetra-

gonus. Folia angusto-lanceolata, trinervia, opposita, scabra, subsessilia. Flores terminales aliquot, sessiles, cincti foliis 4 flore longioribus patentibus.

RHEXIA.

- virginica.* 1. RHEXIA calycibus glabris. *Gron. virg.* 41.
 Ailifanus vegetabilis carolinianus. *Pluk. amalt.* 8.
 Lythimachia non papposa virginiana, tuberariæ foliis hirsutis, flore tetrapetalo rubello. *Pluk. alm.* 235. t. 202. f. 8.
Habitat in Virginia.
 Caulis tetragonus angulis membranaceis. Folia opposita, sublancoolata, internodiis longiora, sessilia, trinervia, pilis vagis hispidiuscula, subserrata serraturis setaceis. Pedunculus terminalis, dichotomus. Flores solitarii ex dichotomia, subsessiles, petalis rubris; Antheris falcatis, luteis.
- mariana.* 2. RHEXIA foliis ciliatis.
 Lythimachia non papposa, terræ marianæ, leptoneuros, flore tetrapetalo rubello, folio & caule hirsutie ferruginea hispida. *Pluk. mant.* 123. t. 428. f. 1.
Habitat in Marilandia.

OENOTHERA.

- biennis.* 1. OENOTHERA foliis ovato-lanceolatis planis. *Vir. cliff.* 33. *Hort. upf.* 94. *Gron. virg.* 254. *Roy. lugdb.* 251. *Gort. gelr.* 73
 Oenothera foliis ovato-lanceolatis denticulatis, floribus lateralibus in summo caulis. *Hort. cliff.* 144.
 Lythimachia lutea corniculata. *Baub. pin.* 245: 516. *
Morif. hist. 2 p. 271. f. 3. t. 11. f. 7.
Habitat in Virginia unde 1614, nunc vulgaris Europæ. ♂
- missilliana.* 2. OENOTHERA foliis lanceolatis undulatis. *Vir. cliff.* 33. *Gron. virg.* 42. *Roy. lugdb.* 251.
 Oenothera foliis lineari-lanceolatis dentatis, floribus e medio caule. *Hort. upf.* 144.
 Onagra bonariensis villosa, flore mutabili. *Dill. clib.* 297. t. 219. f. 286.
Habitat in agro Bonariensi. ☉
- fruticosa.* 3. OENOTHERA foliis lanceolatis, capsulis acutangulis.
 Oenothera florum calyce monophyllo, hinc tantum aperto. *Gron. virg.* 42

Onagra angustifolia, caule rubro, flore minore. *Tournef. inst.* 302.

Habitat in Virginia. 2

Calyx purpurascens, tetraphyllus, sed rumpitur altero sepius & unico latere. Tubus filiformis, angustissimus. Capsula angulis 4 acutis compressis. Folia varius denticulata.

GAURA.

1. GAURA. *Gen. nov.* IIII.

fiennis.

Lysimachia lutea angustifolia virginiana, flore minore.

Pluk. alm. 235. t. 202. f. 7. mala.

Habitat in Virginia, Pennsylvania. 8

EPILOBIUM.

* *Staminibus declinatis.*

1. EPILOBIUM foliis sparsis lineari-lanceolatis.

angustifolia.

Epilobium floribus difformibus, pistillo declinato. Fl. succ. 304.

Epilobium foliis lanceolatis integerrimis. Fl. lapp. 146.

Hort. cliff. 154. *Roy. lugdb.* 250.

Lysimachia Chamænerion dicta angustifolia. Baub. pin. 245.

β. *Lysimachia Chamænerion dicta latifolia. Baub. pin.* 245.

γ. *Lysimachia Chamænerion dicta alpina. Baub. pin.* 245. *prodr.* 116.

Habitat in Europa boreali. 2

2. EPILOBIUM foliis alternis lanceolato-ovatis.

latifolia.

Habitat in Sibiria. 2

Differt a precedenti floribus duplo majoribus, foliis lanceolato-ovatis, alternis nec sparsis, utrinque laxissimo tomento mollissimis. Hæc & antecedens differunt a sequentibus in non paucis, his enim Flores inæquales petalis integris; Pistillum declinatum; Folia alterna; Folia erumpentia revoluta contra ac in reliquis.

* *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

3. EPILOBIUM foliis oppositis lanceolatis serratis. *hirsutum.*

Hort. cliff. 145. *Fl. succ.* 305 *Gron. virg.* 154.

Roy. lugdb. 251.

Lysimachia siliquosa hirsuta, magno flore. Baub. pin. 245.

Lysimachia purpurea. Fuchs. hist. 491.

β. *Lysi-*

β. *Lyfimachia filiquosa hirsuta*, parvo flore. *Baub. pin.*
245. *prodr.* 116.
Habitat in Europæ humidiusculis. 2

montanum. 4. **EPILOBIUM** foliis oppositis ovatis dentatis. *Fl. lapp.*
147. *Fl. succ.* 306. *Hort. cliff.* 145. *Roy. lugdb.* 251.
Lyfimachia filiquosa glabra major.
Pseudo-Lyfimachium purpureum primum *Dod. pempt.*
85.
Habitat in Europæ montosis.

tetragonum. 5. **EPILOBIUM** foliis lanceolato-linearibus denticulatis:
imis oppositis, caule tetragono. *Sauv. monsp.* 75.
Lyfimachia filiquosa glabra minor. *Bauh. pin.* 303. *Raj.*
hist. 861.
Lyfimachia minor. *Tabern. ic.* 854.
Habitat in Europa 2

palustre. 6. **EPILOBIUM** foliis oppositis lanceolatis integerrimis,
petalis bifidis, caule erecto. *Fl. succ.* 307.
Epilobium foliis linearibus. *Fl. lapp.* 149. *Roy. lugdb.*
251.
Lyfimachia filiquosa glabra angustifolia. *Baub. pin.* 245.
β. *Epilobium foliis lanceolatis, ramosè florens.* *Fl. lapp.* 148.
Habitat in Europæ humidiusculis. & in Alpibus. 2

alpinum. 7. **EPILOBIUM** foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis,
siliquis sessilibus, caule repente.
Epilobium foliis ovalibus: superioribus attenuatis. *Fl.*
succ. 308.
Epilobium foliis ovato-oblongis integerrimis. *Fl. lapp.*
150.
Epilobium, foliis ellipticis obtuse lanceolatis, totum læve.
Hall. helv. 400.
Chamænerion alpinum, alfine foliis. *Scheuch. alp.* 132.
332.
Habitat in Alpibus Helveticis, Lapponicis. 2
Repens est, primo vere florens. germinibus sessilibus.

GRISLEA.

secunda. 1. **GRISLEA.** *Hort. cliff.* 146.
Habitat in America calidiore. 5

ALLOPHYLUS.

zeylanicus. 1. **ALLOPHYLUS.** *Fl. zeyl.* 140.
Habitat in Zeylona. 5

MIMUSOPS.

1. MIMUSOPS foliis alternis remotis. *Fl. zeyl.* 138. *Elengi*
 Kauki indorum. *Pluk. alm.* 203. *Breyn. cent.* 20 t. 3.
Elengi. Rheed. mal. 1. p. 34. t. 20.
2. MIMUSOPS foliis confertis. *Fl. zeyl.* 137. *Kauki.*
Habitat in Zeylona. †

JAMBOLIFERA.

1. JAMBOLIFERA. *Fl. zeyl.* 139. * *pedunculata.*
 Jambolones. *Bauh. pin.* 466.
Habitat in India. †

SANTALUM.

1. SANTALUM. *Mat. med.* 183. *album.*
 Santalum verum. *Breyn. ic.* 94 t. 5. f. 1
 Santalum album. *Bauh. pin.* 392.
Habitat in India. †

MEMECYLON.

1. MEMECYLON foliis ovatis. *Fl. zeyl.* 136. *capitellatum.*
 Cornus sylvestris, foliis croceum colorem tingentibus,
 flosculis ad foliorum alas globosis. *Burm. zeyl.* 76. t. 30.
Habitat in Zeylona. †

LAWSONIA.

- 1, LAWSONIA ramis inermibus. *Fl. zeyl.* *inermis.*
 Ligustrum ægyptiacum latifolium. *Bauh. pin.* 476.
 Alhenna f. Henna arabum. *Walth. hort.* 3. t. 4.
 Pontalettæ. *Rheed. mal.* 4. p. 117. t. 57.
Habitat in India, Ægypto. †
2. LAWSONIA ramis spinosis. *Fl. zeyl.* 134. *spinosa.*
 Rhamnus malabaricus. *Mail-anschi. Pluk. alm.* 38. t.
 220. f. 1.
 Mail-anschi. *Rheed. mal.* 1. p. 73. t. 40.
Habitat in India. †

VACCINIUM.

* *Foliis annotinis deciduis.*

1. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis ferratis o-Myrcillus,
 vatis deciduis. caule angulato. *Fl. lapp.* 143. *Fl. suec.*
 313. *Mat. med.* 184. *Hort. cliff.* 148. *Roy. lagab.*
 239. *Hall. herb.* 419.
 Vitis idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante.
Bauh. pin. 470. *Myr-*

Myrtillus germanica & Vitis idæa. *Dalech. hist.* 191.
192.

Habitat in Europæ borealis Jylvis umbrosis. †

- stamineum.* 2. VACCINIUM pedunculis solitariis unïfloris, antheris corolla longioribus, foliis oblongis integerrimis. Vaccinium staminibus corolla longioribus. *Gron. verg.* 43. Vitis idæa americana, longiori mucronato folio & crenato, floribus urceolatis racemosis. *Pluk. alm.* 331. t. 339. f. 3.

Habitat in America septentrionali. †

Frutex. Folia oblonga, integerrima. Pedunculi axillares, solitarii, unïflori, filiformes, corolla longiores. Corollæ quinquefidæ, campanulato patentes. Antheræ 10. Stylus fiore longior.

- uliginosum.* 3. VACCINIUM pedunculis unïfloris, foliis integerrimis ovalibus basi ciliatis.

Vaccinium foliis ovalibus integerrimis deciduis. *Fl. succ.* 312.

Vaccinium foliis annuis integerrimis. *Fl. lapp.* 142. *Hall. belv.* 414.

Vitis idæa foliis subrotundis exalbidis. *Baub. pin.* 470.

Vitis idæa II. *Clus. hist.* I. p. 61. r. 62.

Habitat in Succinæ borealibus & alpina, uliginosis. †

- albu.* 4. VACCINIUM pedunculis simplicibus, foliis integerrimis ovatis subtus tomentosis.

Habitat in Pennsylvania. Kalm. †

Frutex. Folia ovata, subtus tomentosa. Flores duo vel tres ad apices ramorum: pedunculis aggregatis, brevissimis, natis.

- mucronatum.* 5. VACCINIUM pedunculis simplicissimis unïfloris, foliis ovatis mucronatis glabris integerrimis.

Habitat in America septentrionali. Kalm. †

Frutex. Ramis teretibus, glaucis. Folia elliptica, utrinque glabra integerrima, mucronata, petioliculatis insidentia. Pedunculi unïflori, foliis paulo breviores.

- corymbosum.* 6. VACCINIUM floribus corymbosis ovatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis.

Habitat in America septentrionali. Kalm. †

Frutex. Folia oblonga, acuta, nervis subtus villatis Corymbi ex gemmaceo involucre, sessiles. Corollæ cylindraceo-ovata, longiores, quam in reliquis. Stamina decem.

7. VAC-

7. VACCINIUM racemis filiformibus foliosis, foliis oblongis integerrimis, *frondosum.*
 Vaccinium foliis ovatis integris deciduis, racemis foliosis. *Gron. virg. 155. **
Habitat in America septentrionali. h
Frutex. Folia oblonga, integerrima. Racemi infra folia, bracteis oblongis, parvis. Pedunculi partiales bracteis longiores, instructi bracteis duabus filiformibus. Corolla ovato-campaulata. Stamina 10.
8. VACCINIUM racemis nudis, caule fruticoso, foliis ligustrinum, crenulatis oblongis.
Habitat in Pennsylvania. Kalm. h
Flores in Racemis alternis, numerosis, destitutis bracteis, s. foliis, qua nota facile distinguitur.
9. VACCINIUM floribus racemosis, foliis crenulatis ovatis acutis, caule arborco. *Arctostaphylos.*
 Vitis idæa orientalis maxima, cerasi folio, flore variegato. *Tournef. cor. 42. it. 2. p. 223. t. 223.*
 β. Vitis idæa cappadocica maxima, mespili folio, flore variegato. *Tournef. cor. 42.*
Habitat in Cappadocia. h
Racemi foliis longiores, infra folia siti, foliolis ovatis instructi.
- * *Foliis sempervirentibus.*
10. VACCINIUM racemis terminalibus nutantibus, *Vitis idæa.*
 foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis.
 Vaccinium foliis obverse ovatis perennantibus. *Fl. lapp. 145. Fl. succ. 314. Mat. med. 185. Hort. cliff. 148. Roy. lugdb. 239. Hall. belv. 414. Gort. gelr. 81.*
 Vitis idæa foliis subrotundis non crenatis, bacis rubris
Baub. pin. 470.
Habitat in Europæ frigidioris sylvis macris. h
11. VACCINIUM foliis integerrimis revolutis ovatis, *Oxycochos.*
 caulibus repentibus filiformibus nudis.
 Vaccinium ramis filiformibus repentibus, foliis ovatis perennantibus. *Fl. lapp. 145.*
 Vaccinium ramis filiformibus, foliis ovatis perennantibus, pedunculis simplicibus stipula duplici. *Fl. succ. 318. Mat. med. 186.*
 Vitis idæa palustris. *Baub. pin. 471.*
 Vaccinia palustris. *Dod. pempt. 770. Lob. ic. 109.*
Habitat in Europæ paludibus spagnoque repletis. 2
Re-

*Racemus brevissimus, pedunculis longissimis: bracteis
2 alternis; Corolla revoluta.*

hispidulum. 12. VACCINIUM foliis integerrimis revolutis ovatis,
caulibus repentibus filiformibus hispidis.

Vitis idæa palustris americana, oblongis splendidibus
foliis, fructu grandiore rubro plurimis intus acinis re-
fecto. *Pluk. alm.* 392. t. 320. f. 6.

Vitis idæa palustris virginiana, fructu majore. *Raj. hist*
685.

Habitat in Virginia paludosis.

*Structura antecedentis, sed majora omnia, & Caulis
squamis setaceis imbricatus.*

ERICA.

* *Antheris bicornibus.*

vulgaris. 1. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis inæquali-
bus campanulatis mediocribus foliis oppositis sagittatis.

Erica foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris e-
rectis, corollis inæqualibus calyce brevioribus. *Flort.*
cliff. 146. *Fl. suec.* 309. *Ray. Ingb.* 442.

Erica vulgaris glabra. *Bauh. pin.* 485. *Fl. lapp.* 141.

Habitat in Europæ campestribus sterilibus frequens. h.
*Comparativa mediocris, longior, brevior corollæ respicit
proportionem ad calycem.*

umbellata. 2. ERICA antheris bicornibus exsertis, corollis globosis
umbellatis, foliis ternis acrois glabris. *Læst. epist.*
2. n. 8.

Habitat in Lusitania. h.

Fruticulus habitu *Erica vulgaris*. Folia ternis, acrois,
brevis, glabra, subtus linea alba notata. Umbellulae
nudæ absque involucrio. Calyx compositus. Corolla
pallide cærulea, angulata.

herbacea. 3. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis cam-
panulatis mediocribus secundis, foliis ternis triquetris pa-
tulis.

Erica procumbens herbacea. *Bauh. pin.* 486.

Erica coris folio 8. *Clus. hist.* 1. p. 44.

Habitat in Europa australiori.

cinerea. 4. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis ovatis ra-
cemosis, foliis ternis glabris linearibus.

Erica foliis linearibus ternis, floribus globoso-oblongis
laxe spicatis. *Gætt. stamp.* 2. p. 110.

Eri-

Erica humilis, cortice cinereo. arbuti flore. *Baub. pin.* 486.

Erica coris folio 6. *Clus. hist.* 1. p. 47.

Habitat in Europa media.

5. *ERICA* antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis ternis patentibus, ramis tomentosis. *Scoparia.*

Erica erecta, foliis ternis, floribus ad alas sessilibus verticillatis. *Sauv. monsp.* 170.

Erica major scoparia, foliis deciduis. *Baub. pin.* 485.

Erica scoparia, flosculis herbaceis. *Lob. ic.* 2. p. 215.

Sauv. monsp. 46.

Habitat Monspelii, in Hispania, & Europa australi. b

6. *ERICA* antheris bicornibus inclusis, corollis subovatis medioeribus solitariis, foliis ternis. caule arboreo. *castra.*
Erica foliis lineari subulatis ternis, corollis ovatis, calycibus acutis patulis. *Hort. cliff.* 148.

Habitat in Æthiopia. b

7. *ERICA* antheris bicornibus inclusis, corollis ovatis longioribus, racemis corymbosis secundis, foliis ternis. *viridi-purpurea.*

Erica foliis lanceolatis oppositis imbricatis, floribus uno versu racemosis. *Hort. cliff.* 148. *Sauv. monsp.* 170.

Erica major, floribus ex herbaceo-purpureis. *Baub. pin.* 485.

Erica corios folio 3. *Clus. hist.* 1. p. 42.

Habitat in Lusitania. b

8. *ERICA* antheris bicornibus inclusis, corollis subglobosis aggregatis calyce longioribus, foliis quaternis ciliatis patentibus. *Tetralix.*

Erica foliis subulatis ciliatis quaternis, corollis globoso-ovatis terminalibus confertis. *Hort. cliff.* 148. *Fl. jucc.* 310. *Roy lugdb.* 442.

Erica ex rubro nigricans scoparia. *Baub. pin.* 486.

Habitat in Europæ borealis paludibus cespitosis. b

9. *ERICA* antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis quaternis patentissimis, caule subarboreo tomentoso. *arbores.*

Erica erecta, foliis quaternis, floribus spicato-racemosis. *Sauv. monsp.* 170. 46.

Erica foliis acerolis linearibus patentissimis, corollis ovatis, staminibus brevibus. *Hort. cliff.* 47. *Roy lugdb.* 442.

Erica maxima alba. *Baub. pin.* 485

- pallido-purpurea.* 10. ERICA foliis in summitate quinis, caule procumbente. *Segu. ver.* 280.
 Erica procumbens dilute purpurea. *Bauh. pin.* 486. *Raj. hist.* 1715.
 Erica foliis corios, flore purpureo dilutionis coloris. *Bauh. hist.* 1. p. 358.
 Erica coris folio VII. *Clus. hist.* 1. p. 43.
Habitat in Europa australi. ♪
Numerosum grezem Ericarum Æthiopicarum aliorumque infinita diligentia dudum conquistavit, descripsit, delineavit & absolvit Botanicus vere magnus Ill. Adrian Royenus, quas ut edat publicique juris faciat, omnes Botanici mecum serio efflagitant.
- * *Anteris simplicibus obtusis emarginatis.*
- ciliaris.* 11. ERICA antheris simplicibus inclusis, corollis ovatis irregularibus, floribus terno racemosis, foliis ternis ciliatis. *Lœfl. epist.* 2. n. 9.
 Erica hirsuta anglica. *Bauh. pin.* 602
 Erica XII. *Clus. hist.* 1. p. 46.
Habitat in Lusitania. ♪
 Planta suffruticosa, bipedalis. Folia terna, patentia, sessilia, ovato-oblonga, acuta, margine reflexa, ciliata. Racemus terminalis, terno-verticillatus. Corolla magna, ovata, ore contracto inequali.
- triflora.* 12. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis subglobosis subvillosis ternis, pedunculis triphyllis, foliis ternis. *Habitat in Æthiopia.* ♪
- curvisflora.* 13. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis clavato-cylindricis curvis solitariis longis, foliis subternis.
 Erica foliis linearibus quaternis oppositis villosis, corollis longissimis solitariis. *Hort. cliff.* 148.
 Erica africana frutescens. *Seb. thes.* 2. p. 20. t. 19. f. 5.
 Erica spicata, floribus oblongis ex carneo purpureis.
Pluk. mant. 67. t. 346. f. 9.
Habitat in Æthiopia. ♪
- bruniades.* 14. ERICA antheris bifidis exsertis stylo brevioribus, corollis globosis tectis calyce lanato, foliis ternis.
 Eriocephalus bruniades ericæformis inonomopatensis, capitulis globulorum instar interius cavis & densa lanugine tectis. *Pluk. mant.* 69. t. 347. f. 9.
 Frutex africanus aromaticus. *Seb. thes.* 2. p. 64. t. 63. f. 7.
Habitat in Æthiopia. ♪

15. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis globosis *capitata.*
calycibus hiipidis
Erica africana calyce lanuginoso ex viridi luteo capitulum referente, floribus concoloribus exiguis lanugine obfritis. *Seb. thes. 1. p. 30. t. 20. f. 1.*
Habitat in Æthiopia. h
16. ERICA antheris bifidis simplicibus exsertis, corollis *carnea.*
ovatis sublongioribus, foliis quaternis triangularibus patentibus.
Erica procumbens, ternis foliolis, carnea. *Baub. pin. 486.*
Erica coris folio IX. *Clus. hist. 1. p. 44.*
Habitat in Pannonia, Helvetia.
17. ERICA antheris bifidis simplicibus exsertis, corollis *multiflora.*
campanulatis longioribus, foliis quinis linearibus patentibus.
Erica, foliis corios, multiflora. *Baub. hist. 1. p. 356.*
Erica juniperifolia dentè fruticans narbonensis. *Lob. hist. 620. Sauv. monsp. 46.*
Habitat Monspeli. h
18. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis globosis glabris *pilulifera.*
quaternis, foliis quaternis fetaceis patulis.
Habitat in Æthiopia. h
19. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis clavatis, calycibus duplicibus. *coccinea.*
Erica africana angustifolia glabra, floribus oblongis tubulosis dependentibus coccineis, cum longissimis filamentis concoloribus. *Seb. thes. 1. p. 32. t. 21. f. 4.*
Habitat in Æthiopia. h
20. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis globosis medio *corifolia.*
diocribus, pedunculis triphyllis, foliis quaternis.
Erica africana glabra fruticosa, coris folio, arbuti flore dilute purpureo. *Seb. thes. 1. p. 32. t. 21. f. 3.*
Habitat in Æthiopia. h
21. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis cylindricis *abietina.*
longioribus aggregatis, foliis verticillatis dentato-alcatis.
Erica foliis subulatis glabris quinis pluribusve verticillatis, floribus longinmis terminalibus confertis. *Hort. cliff. 148.*
Erica africana, abietis folio longiore & tenuiore, floribus

bus oblongis saturate rubris. *Raj. dendr.* 96. *Seb. tbes.*
1. p. 31. t. 21. f. 1.

Habitat in Æthiopia. ☿

gnaphaloides 22. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis globosis ternis, calycibus duplicibus obtusis.

Habitat in Æthiopia. ☿

Facies plantæ Gnaphalii.

plukenetii. 23. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis subcylindricis indivisis longioribus, calycibus simplicibus, foliis linearibus verticillatis.

Chamæpithys æthiopica, foliis læte virentibus, flore oblongo phœniceo plus quam eleganti s. plusqueneti.

Pluk. mant. 45. t. 344. f. 3.

Habitat in Æthiopia.

DAPHNE.

* *Flexibus lateralibus.*

Mezererium. 1. DAPHNE floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis.

Daphne floribus sessilibus infra folia elliptico-lanceolata.

Fl. lapp. 140. *Fl. suec.* 311. *Mat. med.* 179. *Hort. cliff.* 147. *Roy. Lugdb.* 201.

Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina. *Bauh. pin.* 462.

Daphnoides. *Cam. epit.* 937.

Habitat in Europæ borealis sylvis. ☿

Thymelæa. 2. DAPHNE floribus sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis, caulibus simplicissimis.

Daphne floribus tetrandris secundum caules simplicissimos. *Sauv. monsp.* 56.

Thymelæa foliis polygalæ glabris. *Bauh. pin.* 463.

Sanamunda viridis vel glabra. *Bauh. prodr.* 160.

Sanamunda glabra. *Bauh. hist.* 1. p. 592.

Habitat in Hispania & Montpelii in Horto Dei. ☿

Tarton-raire 3. DAPHNE floribus sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus nervosis.

Thymelæa foliis candicantibus & serici instar mollicibus

Bauh. pin. 463.

Tarton-Raire galloprovinciæ monspeliensium. *Lob. ic.* 371.

Habitat in Galloprovincia. ☿

alpina. 4. DAPHNE floribus sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis subtus tomentosis.

Thy

- Thymelæa floribus inter folia, folio utrinque hirsuto.
Hall. belv. 187. *Sauv. monsp.* 57.
- Chamelæa alpina, folio inferne incano. *Bauh. pin.* 1462.
- Chamelæa alpina incana. *Lob. ic.* 370.
- β. Chamelæa sabaudica, folio utrinque incano, flore albo.
Raj. hist. 1588.
- Thymelæa, incana, mererei folio & facie, furculis admodum fragilibus. *Pluk. alm.* 366. t. 229. f. 3.
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Genevæ, Italiæ.
5. DAPHNE racemis axillaribus, foliis lanceolatis glabris. *Laureola.*
 Daphne racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris.
Hort. cliff. 147. *Hort. upf.* 94. *Mat. med.* 180.
Sauv. monsp. 57.
 Laureola sempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas. *Bauh. pin.* 462.
 Laureola. *Dod. peript.* 365.
Habitat in Anglia, Helvetia, Gallia, Baldo. †
6. DAPHNE pedunculis lateralibus bifloris, foliis lance-pontica, olato ovatis.
 Thymelæa pontica, citrei foliis. *Tournef. itin.* 3. p. 180. t. 180.
Habitat in Ponto. †
- * Floribus terminalibus.
7. DAPHNE capitulo terminali pedunculato, foliis oppositis oblongo-ovatis glabris.
Habitat in China. †
 Frutex parvus. Folia opposita, oblongo-ovata, integerrima, glabra. Pedunculus terminalis, brevissimus, apice gerens flores 6 ad 8 sessiles.
8. DAPHNE floribus congestis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis nudis. *Cneorum.*
 Daphne humifusa, foliis oblongis flores sessiles terminales subcingentibus. *Sauv. monsp.* 57.
 Thymelæa affinis facie externa. *Bauh. pin.* 463.
 Cneorum. *Math. hist.* 46. *Clus. hist.* 89.
Habitat in Helvetia, Hungaria, Pyrenæis, Baldo, L. B. Munchhausen. †
9. DAPHNE panicula terminali, foliis lineari lanceolatis acuminatis. *Gnidium.*
 Daphne foliis lanceolatis basi angustioribus, racemo nudo terminali. *Sauv. monsp.* 56.
 Z 2 Daph-

Daphne floribus racemosis, foliis lineari-lanceolatis acuminatis integris. *Gaert. stamp.* 2. p. 427.

Thymelæa foliis lini. *Bauh. pin.* 463.

Thymelæa. *Clus. hist.* 1. p. 87. *Cam. epit.* 974.

Habitat in Hispania, Italia, G. Narbonensi. ♪

lanuvosa. 10. DAPHNE floribus terminalibus pedunculatis, foliis sparsis linearibus patentibus mucronatis.

Thymelæa capitata lanuginosa, foliis creberrimis minimis aculeatis. *Burm. afr.* 134. t. 49. f. 1.

Habitat in Æthiopia. ♪

DIRCA.

palustris. 1. DIRCA. *Gen. nov.* 1078. *

Thymelæa floribus albis primo vere erumpentibus, roliis oblongis acuminatis, viminibus & cortice valde tenacibus. *Gron. virg.* 155.

Habitat in Virginix paludosis. ♪

GNIDIA.

pinifolia. 1. GNIDIA foliis sparsis lineari-subulatis.

Rapunculus foliis nervosis linearibus, floribus argenteis non galeatis. *Burm. afr.* 112. t. 41. f. 3.

Habitat in Æthiopia. ♪

tomentosa. 2. GNIDIA foliis alternis ovato-lanceolatis.

Habitat in Æthiopia. ♪

Fores tomentosi, capitati, terminales.

oppositifolia. 3. GNIDIA foliis oppositis lanceolatis.

Habitat in Æthiopia. ♪

Frutex ramis rectis. Folia opposita, lanceolata, glabra, integerrima. Flores terminales, conferti, infundibuliformes, tubo villoso, petalis emarginatis.

BÆCKEA.

frutescens. 1. BÆCKEA.

Habitat in China. D. D. Abrab. BÆCK. S. R. M: tis.

Succiæ medicus ordinarius, Amicus nosler vere sincerus, e cujus horto sicco plurimas varietates stirpes obtinimus, etiam hæc primus nobiscum communicavit.

Frutex habitu abrotani, ramis virgatis: Ramulis oppositis, brevibus, simplicibus. Folia opposita, linearia, acuta, glabra, integerrima. Flores axillares, solitarii, pedunculo nudo longitudine floris, foliis longe brevioribus.

Perianthium infundibuliforme; quinque-dentatum. Petala

tala 5, subrotunda, patula, calyci inserta. Filamenta 8, quorum 6 paria, & 2 solitaria, brevissima, inflexa. Antheræ subovatae, parvæ. Germen subrotundum. Stylus filiformis, corolla brevior. Stigma capitatum. *Chinensibus* Tjongina. *Osbeck.*

DIGYNIA.

GALENIA.

1. *GALENIA.* *Hort. cliff.* 150. *Roy. lugdb.* 209. *africana.*
Sherardia. Pont. epist. 14.
 Kali lignosum, flore muscoso, rosmarini folio. *Bocc. mus.* 150. t. 110.
Atriplex africana lignosa frutescens, rosmarini foliis. *Till. pij.* 20. t. 25.
Habitat in Africa. †

MOEHRINGIA.

1. *MOEHRINGIA* *muscosa.*
Alpine montana, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 251. *Scheuchz. alp.* 503. t. 6. *Pluk. alm.* 23. t. 75. f. 1.
Alpine saxifraga angustifolia minima montana. *Cold. eephr.* 1. p. 292. t. 290.
 β. *Alpine tenuifolia muscosa.* *Bauh. pin.* 251. *Morif. blef.* 10. *hist.* 2. p. 551. f. 5. t. 23. f. 12.
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Italiæ, Austriæ.

TRIGYNIA.

POLYGONUM

* *Atraphaxoides caule frutescente.*

1. *POLYGONUM* caule fruticoso, calycinis foliolis du- *frutescens.*
 obus reflexis. *Hort. upf.* 95.
Atraphaxis incrimis, foliis planis. *Hort. cliff.* 138. *Roy. lugdb.* 209.
Lapathum orientale, frutex humilis, flore pulchro. *Tournef. cor.* 38.
Lapathum dauricum montanum fruticans, ramis late sparsis. *Ann. ruth.* 227.
Habitat in Sibiria, Dauria. †

* *Bistorta spica unica.*

- Bistorta.* 2. POLYGONUM caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Mat. med.* 188. *Bistorta* foliis ovato-oblongis acuminatis. *Hort. cliff.* 150. *Hort. ups.* 150. *Roy. lugdb.* 217. *Bistorta* major, radice magis intorta. *Baub. pin.* 192. *Bistorta.* *Cam. epit.* 683.
Habitat in montibus Helvetiæ, Austriæ, Galliæ. ♀
- virginianum.* 3. POLYGONUM caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. *Bistorta* foliis lanceolatis. *Fl. lapp.* 152. *Fl. suec.* 321. *Hort. cliff.* 150. *Bistorta montana* minor, radice intorta inodora, flosculis in spicæ cacumine albis sterilibus, inferna spicæ parte tuberculis proliferis turbinatis puniceis fecunda. *Amm. rath.* 169. *Bistorta alpina* media. *Baub. pin.* 192. *Bistorta alpina* minor. *Baub. pin.* 192. *Habitat in Europæ subalpinis pascuis duris.* ♀
- ferracura.* 4. POLYGONUM foliis crenatis. *Polygonum* folio oblongo crenato. *Shaw. afr.* 489. *Habitat in* Mauritania.

* *Perficaria pistillo bifido.*

- virginianum* 5. POLYGONUM floribus pentandris digynis, corollis quadrifidis, foliis ovatis. *Perficaria* floribus pentandris digynis, corolla quadrifida inæquali. *Wach. ultr.* 258. *Perficaria* florum staminibus quinis, stylo duplici, corolla quadrifida inæquali. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 43. *Roy. lugdb.* 216. *Perficaria* frutescens maculosa virginiana, flore albo. *Morif. hist.* 2. p. 589. *Raj. hist.* 183. *Habitat in* Virginia. ♀
- Lapathifolium.* 6. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, staminibus corollæ regulari æqualibus. *Perficaria* floribus pentandris digynis, corolla regulari staminibus æquali. *Wach. ultr.* 257. *Perficaria* florum staminibus quinis semidigynis, stylo bifido corollæ regulari æquantibus. *Hort. cliff.* 42. *Perficaria* major, lapathi foliis, calyce floris purpureo. *Tournef. inst.* 510. *Raj. suppl.* 119. *Perficaria* Hydropiper. *Lob. ic.* 315. *Habitat in* Gallia.

7. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, staminibus corolla longioribus. *amphibium*.
 Perficaria florum staminibus quinis corollam superantibus, stylo bifido. *Hort. cliff.* 41. *Roy. lugdb.* 216.
 Perficaria floribus pentandris digynis, corolla staminibus brevior. *Fl. suec.* 318.
 Potamogeton salicis folio. *Bauh. pin.* 193.
Habitat in Europa.
8. POLYGONUM floribus pentandris trigynis axillari-
 bus, foliis lanceolatis, caule stipulis obtecto fruticoso. *maritimum*.
 Polygonum maritimum latifolium. *Bauh. pin.* 280.
 Polygonum marinum. *Cam. epit.* 691.
Habitat Monspelii, in Italia, Virginia. 5
Staminibus speciebus quinque adnumerat D. Sauvages, a me non numerata.
9. POLYGONUM floribus pentandris trigynis, foliis lanceolatis. *ovatum*.
 Perficaria spicis longis numerosis, vaginis integris, floribus pentandris trigynis. *Gmel.*
Habitat in Sibiria. D. Gmelin.
Stipulae sunt vagine integrae, ventricosae, laeves, ampliores multo quam caulis. Folia lanceolata, revoluta. Flores racemosi.
10. POLYGONUM floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Hydropiper*.
 Polygonum foliis lanceolatis, floribus hexandris semidigynis. *Mat. med.* 187.
 Perficaria floribus hexandris semidigynis. *Fl. suec.* 320.
 Perficaria florum staminibus senis, stylo bifido. *Hort. cliff.* 46. *Roy. lugdb.* 216.
 Perficaria urens f. *Hydropiper.* *Bauh. pin.* 101.
Hydropiper. Dnd. pempt. 607.
Habitat in Europae subhumidis. ☉
11. POLYGONUM floribus hexandris digynis, spicibus ovatis oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. *Perficaria*.
 Perficaria floribus hexandris digynis. *Fl. suec.* 319.
 Perficaria florum staminibus senis, stylo duplici. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 157. *Roy. lugdb.* 216.
 Perficaria mitis. *Bauh. hist.* 3. p. 779. *Fl. lopp.* 71.
 Perficaria mitis maculosa & non maculosa, *Bauh. pin.* 101.
Habitat in Europae cultis. ☉

- Fagotritico similis, angustiori folio, convolvuli modo scandens, caule spinulis deflexis densius obsito. *Pluk. mant.* 74. t. 394. J. 5.
 Planta posterior e novo belgio. *Lact. amer.* 73. t. 74.
Habitat in Virginia, Marilandia madidis.
- arifolium.* 21. POLYGONUM foliis hastatis, caule aculeato.
 Fagotritico similis spinosa scandens, arifoliolatiore, floridana. *Pluk. amalth.* 87. t. 398. f. 3.
 Planta prior e novo belgio. *Lact. amer.* 73.
Habitat in Virginia, Florida.
- Tataricum.* 22. POLYGONUM foliis cordato-fagittatis, caule inermito erecto, seminibus subdentatis.
 Helxine caule erectiusculo inermito, foliis cordato-fagittatis, seminibus subdentatis. *Hort. ups.* 96,
 Helxine caule erecto inermito, foliis cordato-fagittatis, seminum angulis dentatis. *Hort. cliff.* 151,
 Fagotriticum sibiricum. *Act. stockh.* 1744. p. 117. t. 4.
Habitat in Tataria. ☉
- Fagopyrum.* 23. POLYGONUM foliis cordato-fagittatis, caule erectiusculo inermito, seminum angulis aequalibus.
 Polygonum caule erectiusculo inermito ramoso, foliis cordato-fagittatis, seminibus laevibus, *Mat. med.* 188.
 Helxine caule erectiusculo inermito, foliis cordato-fagittatis, seminibus integerrimis. *Hort. ups.* 96.
 Helxine caule erectiusculo inermito, foliis cordato-fagittatis. *Hort. cliff.* 151. *Fl. succ.* 217. *Roy. lugdb.* 217.
 Erysimum cereale, folio hederaceo, *Bauh. pin.* 27.
 Ocimum cereale. *Tabern. hist.* 276.
Habitat in Asia. ☉
- Convolvulus.* 24. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus planiusculis.
 Helxine caule volubili. *Fl. lapp.* 154. *Fl. suec.* 323.
Hort. cliff. 150. *Gron. virg.* 157. *Roy. lugdb.* 217.
 Convolvulus minor, semine triangulo. *Bauh. pin.* 294.
 Convolvulum nigrum. *Dod. pempt.* 396.
Habitat in Europæ agris. ☉
- scandens.* 25. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus carinatis.
 Fagopyrum scandens americanum maximum. *Tournef. inst.* 511.
 Fagopyrum scandens, caule rubente, semine nigro. *Gron. virg.* 44. *Cold. novcb.* 93.
 Fago.

Fagotriticum volubile majus virginianum. *Pluk. alm.* 143. t. 177. f. 7.

Fagopyrum scandens f. Volubilis nigra major, flore & fructu membranaceis compressis. *Sloan. jam.* 46. *hist.* 1. p. 138. t. 90. f. 1.

β. Fagopyrum prælongum dumetorum, seminibus alatis duplici more dispositis. *Dill. app.* 60.

Fagopyrum sylvaticum scandens, flore foliaceo. *Pont. anth.* 265.

Habitat in America. ☉

Flores plateæ β. non vidi, at structura hujus est.

* *Caule arboreo.*

26. POLYGONUM foliis subrotundis, caule arboreo, *Uvisera*, fructibus baccatis.

Uvisera foliis subrotundis amplissimis. *Hort. cliff.* 487.

Uvisera littorea, foliis amplioribus fere orbiculatis crassis, americana. *Pluk. alm.* 394. t. 236. f. 7.

Prunus maritima racemosa, folio rotundo glabro, fructu minore purpureo. *Sloan. jam.* 183. *hist.* 2. p. 129. t. 220. f. 3. *Kaj. dendr.* 40. *Catesb. car.* 2. p. 96. t. 96.

Habitat in Caribearum littoribus maritimis. ☿

Ex habitu huc retuli (flores non vidi), vel enim hujus generis vel proximi erit.

PAULLINIA.

1. PAULLINIA foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis *asatica*, nullis. *Fl. zeyl.* 143. *

Chamælaea trifolia aculeata. *Burm. zeyl.* 58. t. 24.

Frutex baccifer indicus spinosus trifolius, floribus spicatis. *Pluk. alm.* 202. t. 95. f. 5.

Kaka-toddali. *Rheed. mal.* 5. p. 81. t. 41.

Habitat in India. ☿

2. PAULLINIA foliis ternatis, petiolis teretiusculis, foliis ovato-oblongis. *Seriana*,

Paullinia foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis cirriferis. *Hort. cliff.* 152.

Seriana scandens triphylla & racemosa. *Plum. gen.* 34.

Habitat in America calidiore. ☿

3. PAULLINIA foliis ternatis, foliolis cuneiformibus *Caruru*, obtusis subdentatis.

Paullinia foliis ternatis, foliolis obtusis vix denticulatis glabris delincentibus in petiolum proprium. *Hort. cliff.*

151. *

Cu-

Alfinastrum serpillifolium, flore albo tetrapetalo. *Vaill. parif. 5. t. 2. f. 2.*

β. Alfinastrum serpillifolium, flore roseo tripetalo. *Vaill. parif. 5. t. 2. f. 1.*

Habitat in Europæ inundatis. ☉

Alfinastrum. 2. ELATINE foliis verticillatis. *Roy. lugdb. 452. Sauv. monsp. 164. Boem. lipsf. 127.*

Elatine foliis emerfis linearibus, immertis capillaceis. *Sauv. act. monsp, 1743. p. 50.*

Equiferum palustre, linariæ scopariæ folio. *Bauh. pin. 15.*

 Mesembr. noctiflorum, flore intus candido extus phœniceo odoratissimo. *Dill. elth. 273. t. 206. f. 262.*
 β. Mesembr. noctiflorum, flore intus candido extus stramineo odoratissimo. *Dill. elth. 274. t. 206. f. 263.*
Habitat in Africa. 1.
Calyx hinc quadrididus, styli 4, fructus quadrilocularis.
5. MESEMBRYANTHEMUM foliis subtrigonis *umbellatum.*
 bulatis, caule erecto, corymbo trichotomo.
 Mesembr. frutescens, floribus albis umbellatis. *Dill. elth. 277. t. 208. f. 266.*
 Ficoides africana erecta teretifolia, floribus albis umbellatis. *Herm. par. 166. t. 166. Bradl. succ. 4. p. 12. t. 44.*
Habitat ad Caput b. Spei. b.
6. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis subterecalamiformibus
 connatis, floribus octagynis.
 Mesembr. calamiforme. *Dill. elth. 239. t. 186. f. 228.*
 Ficoides capensis humilis, cæpææ folio, flore stramineo.
Bradl. succ. 2. p. 10. f. 19.
Habitat ad Cap. b. Spei. 2.
7. MESEMBRYANTHEMUM foliis lanceolatis *Tripolium.*
 nis crenulatis. *Hort. cliff. 217. Hort. n. p. f. 128. Roy. lugdb. 283.*

Mesembr. tripolii folio, flore argenteo. *Dill. elth.* 230
 2. 179. f. 220.

Ficoides africanum, Mesembryanthemum f. Ficus aizoides major procumbens, tripolii folio magis succulento denticulis fimbriato. *Pluk. mant.* 77. t. 329. f. 4.
Habitat in Africa. 3

* *Rubicundis corollis.*

bellidiflorum 8. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis triquetris linearibus apice trifariam dentatis. *Hort. cliff.* 218. *
Roy. lugdb. 283.

Mesembr. bellidiflorum. *Dill. elth.* 244. 2. 189 f. 233.
Habitat in Africa 2

deltoides. 9. MESEMBRYANTHEMUM caulescens, foliis deltoidibus triquetris dentatis. *Hort. cliff.* 218. * *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. deltoides & dorso & lateribus muricatis. *Dill. elth.* 255. t. 195. f. 246.

Ficus aizoides africana erecta, folio triangulari breviusculo fimbriato, floribus roseis odoratis. *Valk. hesp.* 223.
 t. 224. f. 5.

β. Mesembr. deltoides, dorso & lateribus muricatis, manus. *Dill. elth.* 254. t. 196 f. 247.

γ. Mesembr. deltoides, non dorso sed lateribus muricatis. *Dill. elth.* 253. t. 195. f. 243. 244.
Habitat in Africa. 5

barbatum. 10. MESEMBRYANTHEMUM foliis apice barbatis. *Hort. cliff.* 216. * *Hort. ups.* 127. *Roy. lugdb.* 282.

Mesembr. radiatum, ramulis prolixis recumbentibus *Dill. elth.* 245. t. 190. f. 234.

Ficoides capensis, tereti folio: apicibus hirtis. *Pet. gaz.* t. 77. f. 6.

Ficoides capensis frutescens, folio tumido extremitate stellata, flore purpureo, *Bradl. succ.* 1. p. 6. t. 5. 15.

Ficus aizoides, folio tereti in villos radiatos abeunte, flore rubro. *Volk. hesp.* 222. t. 124. f. 6.

β. Mesembr. radiatum humile, foliis minoribus. *Dill. elth.* 246. t. 190. f. 235.

γ. Mesembr. radiatum humile, foliis majoribus. *Dill. elth.* 248. t. 190. f. 236.

Habitat ad Cap. b. Spei. 5

hispidum. 11. MESEMBRYANTHEMUM caule hispido, foliis cylindricis deflexis.

- Mesembr. caule hispido. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 282
 Mesembr. pilosum micans, flore saturate purpureo. *Dill. clib.* 289. t. 277. f. 278.
- β. Mesembr. pilosum micans., flore purpureo pallidioro. *Dill. clib.* 290. t. 214. f. 280. 279.
- γ. Mesembr. pilosum micans, flore purpureo striato. *Dill. clib.* 291. t. 215. f. 281.
- Ficoides f. Ficus aizoides africana, folio longo tenui, flore aurantio. *Bradl. succ.* 4. p. 13. t. 35.
- Ficus aizoides teretifolia, foliis crystallino tere eleganter conspersis, floribus dilute roseis. *Volk. hesp.* 221. t. 224. f. 2.
- Habitat:* ad Cap. b. Spei. b
12. MESEMBRYANTHEMUM caule foliisque pubescentibus. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 282.
Habitat in Africa. b *villosum*
13. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis subulatis unciq; scabris. *Hort. cliff.* 219. * *Hort. ups.* 129. *scabrum.*
 Mesembr. purpureum scabrum, staminibus expansis *Dill. clib.* 259. t. 197. f. 250.
- Ficoides capensis, triangulari folio acuto, flore purpureo. *Pet. gar.* t. 77. f. 3.
- β. Mesembr. purpureum scabrum, staminibus collectis. *Dill. clib.* 260. t. 197. f. 251.
Habitat in Africa. b
14. MESEMBRYANTHEMUM articulis caulinis terminatis in folia acuminata subtus dentata. *Hort. cliff.* 218. *Roy. lugdb.* 284. *acuminatum*
 Mesembr. perfoliatum, foliis minoribus diacanthis. *Dill. clib.* 250. t. 193. f. 239.
- τ Ficoides afra. folio triangulari glauco perfoliato brevissimo apice spinoso *Bradl. succ.* 3. t. 27.
- β. Mesembr. perfoliatum, foliis majoribus triacanthis. *Dill. clib.* 251. t. 193. f. 240.
- Ficoides africana frutescens perfoliata, folio triangulari glauco punctato. *Bradl. succ.* 5. p. 13. t. 40.
Habitat in Africa. b
15. MESEMBRYANTHEMUM spinis ramosis. *Hort. cliff.* 216. * *Roy. lugdb.* 281. *spinosum.*
 Mesembr. frutescens, ramis triacanthis *Dill. clib.* 276. t. 208. f. 265.
- Ficoides africana, aculeis longissimis & foliolis nascentibus

bus ex foliorum alis. *Tournef. act.* 1705. p. 316
Bradl. succ. 41. t. 39.

Habitat in Africa. 5

- tuberosum.* 16. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis papillo-
 losis, radice capitata. *Hort. cliff.* 216. * *Roy. lugdb.* 282.
 Mesembr. frutescens, radice ingenti tuberosa. *Dill. elth.*
 275. t. 207. f. 264.
Habitat in Africa. 5

- tenuifolium.* 17. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis femi-
 teretibus glabris internodio longioribus. *Hort. cliff.* 220.
Hort. ups. 128. *Roy. lugdb.* 286.
 Mesembr. tenuifolium procumbens, folio tenuiore vi-
 ridi, flore coccineo. *Dill. elth.* 264. t. 201. f. 256.
 Ficoides capensis humilis teretifolia, flore coccineo.
Bradl. succ. 1. p. 13. t. 9.
 Ficoides africana minor procumbens, folio tenuiore vi-
 ridi, flore coccineo. *Morif. hist.* 3. p. 107. f. 12.
 t. 8. f. 6.
Habitat in Africa. 5

- stipulaceum.* 18. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis sub-
 cylindraccis obsolete papillois distinctis. *Hort. cliff.*
 220. *Roy. lugdb.* 287.
 Mesembr. frutescens, flore purpureo rariore. *Dill. elth.*
 279. t. 209. f. 267. 268.
Habitat in Africa. 5

- crassifolium.* 19. MESEMBRYANTHEMUM caule repente semi-
 cylindracco, foliis semicylindricis lævibus connatis a-
 pice triquetris. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 283.
 Mesembr. crassifolium repens, flore purpureo. *Dill. elth.*
 266. t. 201. f. 257.
 Ficoides africana reptans, folio triangulari viridi, flore
 saturate purpureo. *Bradl. succ.* 4. p. 16. t. 38.
Habitat in Africa. 4

- falcatum.* 20. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformi-
 bus distinctis lævibus, ramis teretibus. *Hort. cliff.* 219. *
Roy. lugdb. 285.
 Mesembr. falcatum minimum, flore purpureo parvo.
Dill. elth. 288. t. 213. f. 276.
 Ficoides asra, folio triangulari ensiformi brevissimo, flo-
 re dilute purpurascente filamentoso. *Bradl. succ.* 5.
 p. 9. t. 42.
Habitat in Africa. 5

* *Luteis corollis.*

21. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus *acinaciforme*
connatis: angulo carinali scabris, ramis angulatis. *Hort.*
cliff. 219. *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. acinaciforme, flore amplissimo purpureo. *Dill.* purpureum
elth. 282. *t.* 211. *f.* 270. *É* *t.* 212. *f.* 271.

℞. Mesembr. falcatum majus, flore amplo luteo. *Dill.* *elth.* flavum.
283. *t.* 212. *f.* 272.

Ficoides s. Ficus aizoides africana major procumbens,
triangulari folio, fructu maximo eduli *Herm. lugdb.*
244. *t.* 245. *Morif. hist.* 3. *p.* 506. *f.* 12. *t.* 7. *f.* 1.

γ. Mesembr. falcatum majus, flore purpureo mediocri.
Dill. *elth.* 285. *t.* 211. *f.* 273.

Habitat ad Cap. b. Spei. h

22. MESEMBRYANTHEMUM foliis subtriquetris *bicolor.*
scabris, corollis bicoloribus.

Mesembr. tenuifolium frutescens, flore croceo. *Dill.*
elth. 207. *t.* 202. *f.* 258.

Ficoides s. Ficus aizoides africana minor erecta, trian-
gulari folio viridi, flore intus aureo; foris purpureo.
Herm. lugdb. 250. *t.* 249. *Morif. hist.* 3. *p.* 507. *f.*
12. *t.* 6. *f.* 4.

Ficoides capensis frutescens, folio tereti punctato, petala
luteis. *Bradl. succ.* 1. *p.* 8. *t.* 7.

Habitat in Africa. h

Corollis extus purpuree, intus flavie.

23. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis tri-*serratum,*
quetris: angulo carinali retrorsum serratis. *Hort. cliff.*
218. *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. serratum, flore acetabuliformi luteo. *Dill.*
elth. 249. *t.* 192. *f.* 238.

Habitat in Africa. h

24. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis sub-*micans.*
cylindraccis papillois distinctis, caule scabro. *Hort.*
cliff. 220. * *Roy. lugdb.* 257.

Mesembr. micans, flore phoeniceo: filamentis atris.
Dill. *elth.* 292. *t.* 215. *f.* 282.

Ficoides capensis, tereti folio, flore croceo. *Pet. gaz.*
t. 7. *f.* 9.

Ficoides capensis, folio tereti argenteo, petalis perplu-
rimis aurantiacis. *Bradl. succ.* 1. *p.* 9. *t.* 8.

Habitat ad Cap. b. Spei. h

- Splendens.* 25. MESEMBRYANTHEMUM foliis linearibus obsoletè triquetris distinctis: summis imbricatis lævibus. *Hort. cliff.* 220. *
- Mesembr. foliis confertis splendidibus, flore pallido. *Dill. elth.* 270. t. 204. f. 260.
- Ficoides capensis frutescens, foliis teretibus confertis glaucis, flore albo. *Bradt. succ.* 1. p. 7. t. 6.
- β Mesembr. foliis triquetris gibbis oppositis imbricatis, ramis inferne nudis. *Hort. cliff.* 220. *Roy. lugdb.* 286. *Habitat ad Cap. b. Spei.* 6
- rostratum.* 26. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis semicylindricis connatis externe tuberculatis. *Hort. cliff.* 219. *Roy. lugdb.* 285.
- Mesembr. rostrum ardæ referens. *Dill. elth.* 240. t. 186. f. 279. *Habitat in Africa* 2
- verruculatum.* 27. MESEMBRYANTHEMUM foliis subcylindricis acutis connatis arcuatis lævibus. *Hort. cliff.* 220. *Hort. upf.* 128. *Roy. lugdb.* 285.
- Mesembr. foliis verruculiformibus, floribus mellinis umbellatis. *Dill. elth.* 268. t. 203. f. 259. *Habitat in Africa.* 5
- glaucum.* 28. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis triquetris strictis acutis: punctis pellucidis obsolete sparsis. *Hort. cliff.* 220. *Roy. lugdb.* 283
- Mesembr. scabrum, flore sulphureo convexo. *Dill. elth.* 156. t. 196. f. 248.
- Ficoides africana frutescens, folio triangulari breviorè glauco. *Morif. hist.* 3. p. 507. f. 12. t. 5. f. 3.
- Ficoides afra, caule lignoso, erecta, folio triangulari ensiformi scabro, flore luteo magno. *Bradt. succ.* 4. p. 15. t. 32.
- Ficoides f. Ficus aizoides africana minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo. *Herm. lugdb.* 247. t. 248. *Habitat in Africa.* 5
- lanceum.* 29. MESEMBRYANTHEMUM caulescens, foliis subulatis semicylindricis recurvis connatis longis. *Hort. cliff.* 219. *. *Hort. upf.* 128. *Roy. lugdb.* 285.
- Mesembr. foliis corniculatis longioribus. *Dill. elth.* 262. t. 199. f. 253. 254.
- Ficoides capensis, folio triangulari, flore luteo intus pallido. *Pet. gaz.* t. 77 f. 10.

6. Mesembr. foliis corniculatis brevioribus. *Dill. elth.* 261. t. 198. f. 252.
 Ficoides africana reptans, folio triangulari crasso longissimo, flore intus luteo extus aurantiaco. *Bradl. succ.* 4. p. 18. t. 40.
7. Mesembr. lorcum. *Dill. elth.* 264. t. 200. f. 255.
Habitat in Africa. 2
30. MESEMBRYANTHEMUM foliis planis oppositis ovatis acuminatis connatis integerrimis. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 283.
 Mesembr. tortuosum, foliis sempervivi expansis. *Dill. elth.* 234. t. 182. f. 223.
 Ficoides capensis, folio lato acuto, flore albo intus luteo. *Pet. gaz.* 1. 78. f. 10.
 Ficoides africana procumbens, foliis planis conjugatis lucidis. *Bradl. succ.* 3. p. 7. t. 16.
- β. Mesembr. tortuosum, foliis sempervivi congestis. *Dill. elth.* 233. t. 181. f. 222.
 Ficoides capensis procumbens, oleæ folio, flore albo medio croceo. *Bradl. succ.* 2. p. 7. t. 16.
Habitus ad Cap. b. Spei. 2
Petalis exteriora albidis, interiora flava sunt.
31. MESEMBRYANTHEMUM subcaule, foliis ciliatis. *Hort. cliff.* 218. * *Roy. lugdb.* 253.
 Mesembr. rictum caninum referens. *Dill. elth.* 241. t. caninum, 188. f. 231.
 Ficoides capensis humilis, folio triangulari prope summitatem dentato, flore luteo. *Bradl. succ.* 2. p. 8. t. 17.
- β. Mesembr. rictum felineum representans. *Dill. elth.* 240. felineum, t. 187. f. 230.
 Ficoides asra, folio triangulari ensiformi crasso brevi ad margines laterales multis majoribus spinis aculeato. *Mart. cent.* 30. t. 30.
Habitat ad Cap. b. Spei. 2
32. MESEMBRYANTHEMUM foliis dolabriformibus. *Hort. cliff.* 219. *Roy. lugdb.* 284.
 Mesembr. folio dolabriformi. *Dill. elth.* 248. t. 191. f. 237.
 Ficoides capensis humilis, foliis cornua cervi referentibus, petalis luteis, noctiflora. *Bradl. succ.* 1. p. 11. t. 10.
Habitat in Africa. 2
33. MESEMBRYANTHEMUM foliis difformibus. *difforme.*
Roy. lugdb. 287.

Mesembryanth. foliis distormibus, flore luteo. *Dill. elth* 252. t. 194. f. 241. 242.

Ficoides Mesembryanthemum crassissimum & valde succulento folio nigris punctis notato. *Pluk. alm.* 148. t. 225. f. 4.

Habitat in Æthiopia. †

linguiforme. 34. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linguiformibus altero margine crassioribus. *Hort. cliff.* 219. *Hort. upf.* 128. *Roy. lugdb.* 282

Mesembryanth. folio scaltrato. *Dill. elth* 235. t. 183. f. 224.

β. Mesembr. folio linguiformi latiore. *Dill. elth.* 230. t. 184. f. 224.

γ. Mesembr. folio linguiformi angustiore. *Dill. elth.* 238. t. 185. f. 226.

δ. Mesembr. folio linguiformi longiore. *Dill. elth.* 23. t. 185. f. 227.

Habitat in Africa. †

Hæc Decagyna est.

pugioniforme. 35. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis subulatis triquetris longissimis. *Hort. cliff.* 216. * *Hort. upf.* 129. *Roy. lugdb.* 281.

Mesembr. folio pugioniformi, flore amplo stramineo. *Dill. elth.* 280. t. 210. f. 269.

Ficus capensis, caryophylli folio, flore aureo specioso. *Bradl. succ.* 2. p. 5. t. 14.

Habitat ad Cap. b. Spei. †

Hæc polygyna est.

AIZOON

canariense. 1. AIZOON foliis cuneiformi-ovatis, floribus sessilibus. *Hort. upf.* 127.

Aizoon foliis obverse ovatis. *Hort. cliff.* 41, *Roy. lugdb.* 221.

Ficoidea procumbens, portulacæ folio. *Niff. act.* 1711. p. 422. t. 13. f. 1.

Kali aizoides canariensis procumbens. *Pluk. alm.* 202. t. 304. f. 4. *Volk. norib.* 236. t. 236.

Habitat in Canariis. ☉

hispanicum. 2. AIZOON foliis lanceolatis, floribus sessilibus. Ficoidea hispanica annua, folio longiore. *Dill. elth.* 143. t. 117. f. 143.

Habitat in Hispania. ☉

paniculatum. 3. AIZOON foliis lanceolatis, floribus paniculatis.

Aizo-

Aizoon foliis lanceolatis subtus hirsutis. *Roy. lugdb.* 221.
Habitat in Africa.

SPIRÆA.

1. SPIRÆA foliis lanceolatis obtusis ferratis nudis, floribus ^{falici-folia,} duplicato-racemosis. *Hort. cliff.* 191. *Hort. upf.* 131. *Roy. lugdb.* 277.
 Spiræa theophrasti forte. *Clus. hist.* 1. p. 30.
 Frutex spicatus, foliis ferratis salignis. *Baub. pin* 475.
 Spiræa falicis folio longiore ferrato, floribus rubris.
Amm. ruth. 265.
Habitat in Sibiria, Tataria. ♪
2. SPIRÆA foliis lanceolatis inæqualiter ferratis subtus ^{tomentosis,} tomentosis, floribus duplicato-racemosis.
 Ulmaria pentacarpos, integris ferratis foliis parvis subtus incanis, virginiana. *Pluk. alm.* 393. t. 321 f. 5.
Habitat in Philadelphia. *Kalm.* ♪
Differt a precedenti: Foliis magis profunde & inæqualiter ferratis; foliis subtus valde tomentosis adeoque crassis; racemo terminali composito densiori longiori. Floribus demum magis rubris, & Corollis ænuplo-minoribus.
3. SPIRÆA foliis integerrimis, umbellis fessilibus. *Hort. hypericifolia upf.* 131.
 Spiræa foliis integerrimis, pedunculis simplicibus. *Hort. cliff.* 190. *Roy. lugdb.* 277.
 Pruno sylvestri affinis canadensis. *Baub. pin* 517. *Pluk. alm.* 308. t. 218. f. 5.
Habitat in Canada. ♪
4. SPIRÆA foliis ovatis inciso-ferratis glabris, umbellis ^{chamædryfolia,} pedunculatis.
 Spiræa chamædryos foliis. *Amm. ruth.* 269.
Habitat in Sibiria. *D. Gmelin.* ♪
5. SPIRÆA foliis oblongiusculis apice ferratis, corymbis ^{truncata,} lateralibus.
 Spiræa hispanica, hyperici folio crenato. *Barr. rar.* 376. t. 364.
 Spiræa hyperici folio ampliore, modo integro modo dentato. *Amm. ruth.* 270.
Habitat in Sibiria, Hispania. ♪
6. SPIRÆA foliis lobatis ferratis, corymbis terminalibus. ^{sp. i folia.}

Spiræa foliis incisus angulatis, floribus corymbosis. *Hort. cliff.* 190. *Gron. virg.* 55. *Roy. lugdb.* 277.

Evonymus virginiana, ribesii folio, capsulis eleganter bullatis. *Comm. hort.* 1. p. 169. t. 87.

Habitat in Virginia, Canada. ♀

farbifolia. 7. SPIRÆA foliis pinnatis, foliolis uniformibus serratis, caule fruticoso, floribus paniculatis.

Spiræa foliis pinnatis. *Amœn. acad.* 2. p. 352. *

Spiræa forbi folio tenuiter crenato, floribus in thyrsalibus. *Amm. ruth.* 186.

Habitat in Sibiria uliginosis. ♀

Aruncus. 8. SPIRÆA foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis.

Aruncus. *Hort. cliff.* 463. *Roy. lugdb.* 278. *Gron. virg.* 121.

Barba capræ floribus oblongis. *Bauh. pin.* 163.

Barba capræ. *Cam. hort.* 26. t. 9.

Habitat in Austria. Albornia montanis. ♀

Filipendula. 9. SPIRÆA foliis pinnatis: foliolis uniformibus serratis, caule herbaceo, floribus cymosis.

Filipendula foliis pinnatis: foliolis uniformibus. *Hort. cliff.* 191. *Fl. succ.* 404. *Mat. med.* 239. *Roy. lugdb.* 277.

Filipendula vulgaris. *Bauh. pin.* 163.

Filipendula. *Cam. epist.* 658.

Habitat in Europa pascuis. ♀

Ulmaria. 10. SPIRÆA foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymosis. *Fl. lapp.* 201. *Hort. cliff.* 191. *Fl. succ.* 405. *Mat. med.* 241. *Roy. lugdb.* 277.

Barba capræ floribus compaetis. *Bauh. pin.* 164.

Regina prati. *Dod. pempt.* 57.

Habitat in Europa pratis uliginosis, umbrosis. ♀

nifolia. 11. SPIRÆA foliis ternatis serratis subæqualibus, floribus subpaniculatis.

Filipendula foliis ternatis. *Hort. cliff.* 191. *Hort. nps.* 131. *Roy. lugdb.* 277. *Gron. virg.* 55.

Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo, virginiana. *Pluk. alm.* 393. t. 236. f. 5. *Raj. suppl.* 330.

Ulmaria virginiana trifolia, floribus candidis amplis longis & acutis. *Morif. hist.* 3. p. 322.

Habitat in Virginia, Canada.

DALIBARDA

1. DALIBARDA

repens

Habitat in Canada. Kalm. 2

Radix *repens*. Stolones *reptantes, herbacei*. Folia *cordata, obtusa, obtuse crenata, venosa, pilis raris adspersa*. Petioli *pilosi, foliis saepius longiores*. Scapi *nudi, pilosi, longitudine petiolorum, uniflori*. Calyx *quinquepartitus*. Corolla *alba*. Semina *5, nuda, avata*. *Diverſum Rubo ſeminibus nudis.*

POLYGYNIA.

ROSA.

1. ROSA *inermis, calycis foliolis indiviſis, fructu ob-cinnaromen longo. Hall. belv. 348.*

Rosa *ſylveſtris, odoratiſſimo rubro flore. Bauh. pin. 483*

Habitat in Helvetia. 5

2. ROSA *aculeata, foliis odoratis ſubtus rubiginofis. Hall. eglanteria, belv. 350. Dalib. pariſ. 145*

Rosa *ſylveſtris, foliis odoratis. Bauh. pin. 483.*

Rosa *eglanteria. Tabern. ic. 1087.*

Habitat in Helvetia, angliã. 5

3. ROSA *foliis utrinque villoſis, fructu ſpinoſo. Hall. villoſa, belv. 350.*

Rosa *ſylveſtris pomifera major. Bauh. pin. 484.*

Habitat in Europa australi. 5

4. ROSA *caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus comuna, ſemipinnatis. Fl. ſucc. 406.*

Rosa *ſylveſtris vulgaris, flore odorato incarnato. Bauh. pin. 483.*

Habitat in Europa. 5

5. ROSA *caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis in-ſpinoſiſſima, diviſis. Fl. ſucc. 407.*

Rosa *campeſtris ſpinoſiſſima, flore albo odorato. Bauh. pin. 483.*

Habitat in Europa. 5

6. ROSA *caulo aculeato, pedunculis hiſpidis, calycibus ceuſiſſima, ſemipinnatis glabris.*

Rosa *multiplex media. Bauh. pin. 482.*

Ro-

Rosa centifolia batavica II. *Clus. hist. 1. p. 114.*
Habitat in Europa. ♪

- alba* 7. ROSA caule aculeato, pedunculis lævibus, calycibus semipinnatis glabris.
 Rosa alba vulgaris major. *Bauh. pin. 482.*
 ♂. Rosa alba, flore pleno. *Besl. cyst. vern. 6. t. 3. f. 1.*
Habitas in Europa. ♪
- gallica.* 8. ROSA foliis carinatis subtus scabris. *Dalib. parisi. 145. †*
Habitat in Gallia. ♪
- indica.* 9. ROSA subinermis, foliolis quinis subtus tomentosis: impari majori, stipulis obsolete.
 Rosa chusan glabra, juniperi fructu. *Pet. gaz. 56. t. 35. f. 11.*
Habitat in China, ♪
 Rami inermes; rarius armati una alterave spina tenuissima versus folia vel in petiolis. Folia pinnata: foliolis quinis, subius tomentosis, supra glabris, serratis: extimo duplo majore. Pedunculi longi, nudi, simplices. Calyx incisus, levis. Fructus magnitudine Sorbi aucupariæ. Species Rosarum difficile distinguuntur, difficiliter determinantur; mihi videtur naturam miscuisse plures vel usque ex uno plures formasse; hinc qui paucas vidit species facilius eas distinguit, quam qui plures examinavit.
- sempervirens.* 10. ROSA caule aculeato, foliolis quinis glabris perennantibus.
 Rosa sempervirens jungermanni. *Clus. hist. 2. app. alt. Dill. elth. 326. t. 246. f. 318.*
 Rosa moschata sempervirens. *Bauh. pin. 482.*
Habitat in Germania. ♪
- pendulina.* 11. ROSA fructibus oblongis pendulis.
 Rosa sanguisorbæ majoris folio, fructu longo pendulo. *Dill. elth. 325. t. 245. f. 317.*
Habitat in Europa. ♪
- carolina-* 12. ROSA foliis serratis medio tenus integerrimis.
 Rosa carolina fragrans, foliis medio tenus serratis. *Dill. elth. 325. t. 245. f. 316.*
Habitat in Carolina.

RUBUS.

* *Frutescentes.*

- idæus.* 1. RUBUS foliis quinatis-pinnatis ternatisque, caule aculea-

culeato, petiolis canaliculatis. *Fl. suec.* 408. *Mar. med.* 242.

Rubus caule erecto hispido, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 204. *Hort. cliff.* 192. *Hort. ups.* 133. *Roy. lugdb.* 273

Rubus idæus spinosus. *Bauh. pin.* 479.

β. Rubus idæus fructu albo. *Bauh. pin.* 479.

γ. Rubus idæus lævis. *Bauh. pin.* 479.

Habitat in Europæ lapidosis. 2. 3

2. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule a-^{occidentalis} culeato, petiolis teretibus.

Rubus foliis longioribus subtus molli lanugine obductis & incanis, flore & fructu minoribus. *Sloan. jun.* 173. *hist.* 2. p. 109. t. 213. f. 1. *Raj. dendr.* 76.

Rubus idæus, fructu nigro, virginianus. *Dill. elth.* 327. t. 287. f. 319.

Habitat in Canada. *Kalm.*

Caulis teres, lævis; aculeis recurvis. Petioli teretes aculeis recurvis. Folia ternata, intermedio pedicellato, ovata, inciso-ferrata, subtus albo-tomentosa. Racemus terminalis. Fructus niger, variat etiam fructu rubro, magis acido quam *R. idæi*. Differt moribus a *R. idæo*, cui simillimus, petiolis teretibus nec canaliculatis.

3. RUBUS foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hispidis.

Habitat in Canada. *Kalm.* 5

Caulis viticulis longis, procumbentibus, lignosis, una cum petiolis adspersi setis rigidis. Folia ternata, nuda, inciso-ferrata: intermedio pedicellato; pedunculique etiam hispida.

4. RUBUS foliis ternatis nudis, caule aculeato: *Hort. calvus.* *cliff.* 192. *Fl. suec.* 163. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.* 273. *Hall. herb.* 344.

Rubus repens, fructu cæcio. *Bauh. pin.* 479.

Rubus minor. *Dod. pempt.* 742.

Habitat in Europæ dumetis. 5

Folia subtus non tomentosa, quamvis sæpe pubescentia.

5. Rubus foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Fl. suec.* 409.

Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. *Hort. cliff.* 192. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.* 273.

Rubus vulgaris s. Rubus fructu nigro. *Bauh. pin.* 479.

Rubus. *Com. epit.* 751.

β. Rubus vulgaris major, fructu albo. *Raj. angl.* 3. p. 467.

γ. Ru-

2. *Rubus* flore albo pleno. *Magn. hort.* 175.
Habitat in sepibus præsertim maritimis Europæ. b
- canadensis.* 5. *RUBUS* foliis digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi.
Habitat in Canada. Kalm.
 Caulis subpurpureus. Foliola lanceolata, utrinque nuda, tenuissima, argute serrata. Bractæ lanceolatæ. Stipulæ lineares, acutæ.
- odoratus* 7. *RUBUS* foliis simplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro. *Hort. cliff.* 192. * *Hort. ups.* 133.
Roy. lugdb. 274.
Rubus odoratus. Carn. canad. 149. t. 150.
Habitat in Canada. z-b
- * *Herbacæi.*
- saxatilis.* 8. *RUBUS* foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Fl. suec.* 411.
Rubus caule repente annuo, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 206. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 344. *Roy. lugdb.* 274.
 Chamæ*Rubus* saxatilis. *Bauh. pin.* 110.
Habitat in Europæ collibus lapidosis. z
- artificus.* 9. *RUBUS* foliis ternatis, caule inermi unifloro. *Fl. suec.* 412. *Mat. med.* 244.
Rubus caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. t. 5. f. 2. *Hort. cliff.* 292. *Roy. lugdb.* 274.
Rubus humilis, flore purpureo. Buxb cent. 5. p. 13. 1. 26. mala.
Rubus trifolius humilis non spinosus, sapore & odore fragariæ, fructu rubro polyedro. Amm. ruth. 185.
Habitat in Bothnia Sueciæ, Sibiria, Canada. z
- Cham.emo-viii.* 10. *RUBUS* foliis simplicibus lobatis, caule unifloro. *Fl. suec.* 413. *Mat. med.* 244.
Rubus caule bifolio unifloro, foliis simplicibus. *Fl. lapp.* 208. t. 5. f. 1. *Hort. cliff.* 192. *Roy. lugdb.* 279.
 Chamæ*Rubus* foliis ribes. *Bauh. pin.* 480.
 Morus norvegica. *Till. abouf.* 47. t. 150.
Habitat in Sueciæ paludibus ubiginosis, turfosis frequens. z

FRAGARIA.

- vesca.* *FRAGARIA* flagellis reptans. *Hort. cliff.* 192. *Hort. ups.* 133. *Fl. suec.* 414. *Mat. med.* 245. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 243. Fra-

Fragaria vulgaris. *Bauh. pin.* 326. *Fl. lapp.* 209. *Gron. sylvestris.* virg. 56.

Fragaria fructu albo. *Bauh. pin.* 326.

β. *Fragaria fructu parvi pruni magnitudine*. *Bauh. pin.* fativa 327.

γ. *Fragaria chilensis*, fructu maximo, foliis carnosis hirsutis. *chilensis.* *Dill. eth.* 145. t. 120. f. 146.

Habitat in Europæ borealis sterilibus, duris, apricis. &

2. FRAGARIA caule erecto suffruticoso, foliis hirsutis. *muricata*, *Fragaria arborea*, flore herbaceo. *zan. hist.*

Fragaria major vesca, flore herbaceo. *Morif. hist.* 2. p. 186.

Habitat in - - - - -

Folia inter flores distinguunt hanc a prima.

3. FRAGARIA caule decumbente repente. *Roy. lugdb. sterile.* 274. *Dalib. parij.* 147. *Sauv. monsp.* 177.

β. *Fragaria sterilis*. *Bauh. pin.* 327.

Fragaria sterilis f. minime vesca hirsuta minime incana.

Morif. hist. 2. p. 196. f. 2. t. 19. f. 5.

Fragaria sylvestris minime vesca f. sterilis. *Lob. ic.* 698

Habitat in Anglia. &

Caules procumbentes, nullus rectus; Pedunculi axillares, uniflori; Foliola ovalia; Baccæ exsuccæ.

POTENTILLA

* *Foliis pinnatis.*

1. POTENTILLA foliis pinnatis, caule fruticoso. *Hort. fruticoso.* *cliff.* 193. *Fl. succ.* 416. *Roy. lugdb.* 275.

Pentaphylloides rectum fruticosum eboracense. *Morif.*

hist. 2. p. 193. f. 2. t. 23. f. 5. *Hortul. angl.* 54

t. 54.

Pentaphylloides rectum frutescens. *Walth. hort.* 95. t. 17

Pentaphylloides fruticosa elatior. *Amm. rath.* 88. t. 17.

89. t. 18. f. 1.

Habitat in Eboraco, Anglia, Oelandia australi, Sibiria. †

2. POTENTILLA foliis pinnatis serratis, caule repente. *Anserina*

Fl. lapp. 210. *Fl. succ.* 415. *Hort. cliff.* 193. *Mat.*

med. 246. *Roy. lugdb.* 275.

Potentilla. *Bauh. pin.* 321. *Cam. epit.* 758.

Habitat in Europæ pascuis; in argillofis argentea. &

3. POTENTILLA foliis bipinnatis utrinque tomento-fericeis

segmentis parallelis approximatis, caulibus decumbentibus.

Po-

Potentilla foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integerrimis brevibus. *Gmel. mss.*

Habitat in Sibiria. 2

Habitus foliorum *P. anserinae argenteae*, quamvis minima sunt; caulis vero & fructificationes *P. vernae*. Radix squamis foliorum ruderibus nigris vestita. Folia pinnata ex 13 circiter foliolis ovatis, tomentosis, sericeis, pectinato-pinnatifidis, & parallelis. Pedunculi pilosi. Caules foliis duplo s. triplo longiores, decumbentes absque sarmentis, nec repentes, in medio folio unico minori magisque divaricato instructi, teretes, apice Floribus aliquot luteis, alternis, pedunculatis.

- multifida.* 2. **POTENTILLA** foliis bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente Pentaphylloides lupinum minus, folio glabro, non serrato. *Amm. rath. 116.*
 Pentaphylloides repens, foliis pinnatis. *Bauh. cent. 1. p. 30. t. 49. f. 1.*
- β. Pentaphylloides lupina minor, foliis alatis hirsutis varie dissectis. *Amm. rath. 117.*
Habitat in Sibiria, Tataria, Cappadocia. 2
 Habitus multa indicat affinia cum *P. argentea*. Folia ex septem foliolis, segmentis linearibus s. lanceolatis, quibus s. summum septenis, alternis, at in impari oppositis, a se invicem hiantibus sive apice remotis, subtus tomentosis.
- fragaroides.* 5. **POTENTILLA** foliis pinnatis ternatisque: eximis majoribus, flagellis reptantibus.
 Potentilla foliis ternatis hirsutis utrinque viridibus: lobis accessoriis. *Gmel. mss.*
Habitat in Sibiria. 2
 Facies *Fragariae sterilis*. Radix subtuberosa. Folia sericea petiolis pilosis, pinnata ex 3. 5. vel 7. Foliolis ovatis, oppositis, serratis, basi quo propioribus eo minoribus. Stolones decumbentes.
- repens.* 6. **POTENTILLA** foliis pinnatis alternis: foliolis quinque ovatis crenatis, caule erecto. *Hort. cliff. 193: It. wgoth. 63. 76. Roy. lugdb. 275.*
 Pentaphylloides erectum. *Bauh. hist. 2. p. 398. Moris. hist. 2. p. 192. f. 2. t. 20. f. 1.*
 Quinquefolium fragiferum. *Bauh. pin. 326. Clus. hist. 2 p. 107. n. 5.*

Habitat ad latera montium Westrogothiæ, Sibiriaë, Germaniæ. 2

7. POTENTILLA foliis pinnatis subæqualibus: foliolis *bifurca*.
oblongis sub-bifidis: extremis confluentibus.

Pentaphylloides orientalis supinum, foliis alatis bifidis
vel trifidis. *Tournef. cor. 21.*

Habitat in Sibiria. 2

8. POTENTILLA foliis pinnatis: foliolis subrotundis *pimpinellat-*
dentatis æqualibus, caule erecto. *des.*

Pentaphylloides orientale erectum, folio & facie pimpinellæ. *Tournef. cor. 21. Buxb. cent. 1. p. 30. t. 18.*

Habitat in Armeniæ saxosis. 2

9. POTENTILLA foliis pinnatis, caule dichotomo de-*supina*
cumbente. *Hort. cliff. 193. Hort. ups. 133. Roy. Lugdb. 275.*

Pentaphyllum alpinum minus supinum. *Pluk. alm. 285. t. 106. f. 7.*

Pentaphyllum supinum quorundam, potentillæ facie.
Clus. hist. 2. p. 107.

Quinquefolio fragifero affinis. *Bauh. pin. 326.*

Habitat ad Moguntiam & *in* Sibiria. ☉

* *Foliis quinatis.*

10. POTENTILLA foliis digitatis lanceolatis ferratis *redia*,
utrinque subpilosis, caule erecto.

Potentilla foliis digitatis, caule erecto corymbose. *Hort. ups. 133. * Roy. Lugdb. 275.*

Quinquefolium rectum luteum. *Bauh. pin. 325.*

Quinquefolium alterum vulgare *Dod. pempt. 116.*

Habitat in Italia, Narbona, *ad agrorum margines.* ☉

Folia utrinque viridia, et adulta fere nuda.

11. POTENTILLA foliis quinatis cuneiformibus inci-*argentea*
sis subtus tomentosis, caule erecto.

Potentilla foliis digitatis, caule erecto corymbose. *H. succ. 417.*

Potentilla foliis digitatis inciso-ferratis, caule erecto.
Hort. cliff. 193.

Quinquefolium folio argenteo. *Bauh. pin. 325.*

Pentaphyllum minus. *Cam. epit. 700.*

Habitat in Europæ ruderatis. 2

12. POTENTILLA foliis septenis quinatisque cuneifor-*hirta*
mibus incisis pilosis, caule ascendente.

Quinquefolium montanum rectum hirsutum. *Bauh. pin.* 325. *prodr.* 139.

Habitat Montpelii *D. Sauvages*; inque Pyrenæis. \sphericalangle

Differt a precedente Foliis radicalibus septenis, & subtus longis distinctis pilis hirsutis, nec tomentosis, apice argutus furcatus. Pedunculi uniflori, longi.

β. vulgaris. 13. **POTENTILLA** foliis digitatis sessilibus stipulæ infidentibus.

Potentilla foliis novenis stipulis-infidentibus. Gmel. miss. Habitat in Sibiria. \sphericalangle

Caulis ascendens, filiformis, levis, apice divisus. Stipulæ amplexicaules, solitariae, emarginatae. Foliola 8. ad 9. lineari-lanceolata, subjerrata, glabra, ex emarginatura stipulae pendentia absque petiolo.

γ. verna. 14. **POTENTILLA** foliis radicalibus quinatis acute ferratis, caulinis ternatis, caule declinato. *Fl. succ.* 419.

Potentilla foliis quinatis incisus, caule assurgente. Fl. lapp. 212. Hort. cliff. 194. Roy. lugdb. 276.

Potentilla foliis quinatis acute ferratis ora sericea, petalis maculatis. Hall. helv. 339. t. 6. f. 4.

Quinquefolium minus repens alpinum aureum. Bauh. pin. 325.

Habitat in Europæ pascuis siccis, frigidioribus. \sphericalangle

δ. canadensis. 15. **POTENTILLA** foliis quinatis villosis, caule ascendente hirsuto.

Habitat in Canada. Kalm.

Habitus fragariae. Folia radicalia quinata: foliolis obverse ovatis, acute ferratis, supra pubescentibus, subtus villosis albo-sericeis, petiolis valde albo hirsutis.

Caulis digitalis, ramosus, rarioribus foliis. Corollæ luteæ. Similis precedenti, a qua differt Foliis valde pilosis, argute ferratis, subrotundis & Caule valde hirsuto.

ε. alba. 16. **POTENTILLA** foliis digitatis apice conniventi-ferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *Hort. cliff. 194. Roy. lugdb. 276.*

Quinquefolium album. Hall. it. helv. 70.

Quinquefolium album minus alterum. Bauh. pin. 325.

Pentaphyllum majus, flore albo. Clus. hist. 2. p. 105.

β. Quinquefolium album majus. Bauh. prodr. 325.

Quin-

Quinquefolium album minus. *Bauh. pin.* 325. *prodr.* 139.

Habitat in alpidibus Stiriaë, Austriaë, Panoniaë. &

17. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, *perrepans.*
pedunculis unifloris. *Fl. suec.* 418. *Mat. med.* 247.

Potentilla foliis digitatis longitudinaliter patenti-ferratis,
caule repente. *Hort. cliff.* 194. *Gron. virg.* 163.

Quinquefolium majus repens. *Bauh. pin.* 325.

Quinquefolium majus luteum. *Fuchs. hist.* 624.

Habitat in Europæ apricis argillosis. &

* *Foliis ternatis.*

18. POTENTILLA foliis ternatis, caule ramoso etc-
cto, pedunculis supra genicula enatis. *Hort. ups.* 134. *

Pentaphylloides majus erectum, flore luteo. *Morif. hist.* 2. p. 193. f. r. 20. f. 2.

Pentaphylloides fragariae folio. *Magn. monsp.* 304.

Fragaria sterilis alpina caulescens. *Boerb. lugdb.* 1. p. 42.

Habitat Montpelii. ☉

Foliola ovata, obtusa, obtuse & equaliter serrata.

19. POTENTILLA foliis ternatis, caule dichotomo, *norvegica.*
pedunculis axillaribus.

Potentilla foliis ternatis, caule corymbofo erecto. *Fl. suec.* 420.

Potentilla foliis ternatis incisif, caule diffuso. *Fl. lapp.* 211. *Hort. cliff.* 193. *Roy. lugdb.* 275.

Quinquefolium hirsutum luteum paucioribus laciniis.
Læfcl. pruss. 218. t. 70.

Habitat in Norvegiæ, Sueciæ, Borussiaë, Canadæ agris. ☉

Foliola lanceolata, serrata, dentata.

20. POTENTILLA foliis ternatis incisif subtus tomen-
tosis, caule ascendente.

Fragaria sterilis, foliis subtus incanis, magno flore albo.
Vaill. paris. 55?

Habitat in Alpibus Lapponiæ, Sibiriaë.

Structura *P. verne*, sed folia *P. argenteæ*, at ternata &
latiora, magisque hirsuta, subtus tomentosa nivea. Co-
rolla lutea.

21. POTENTILLA foliis ternatis dentatis utrinque *grandiflora.*
subpilosis, caule erecto foliis longiore.

Potentilla foliis ternatis, petalis cordatis luteis. *Hall belv.* 342. t. 6. f. 2.

Fragaria sterilis, ampliissimo folio & flore, petalis cordatis. *Vaill. parif.* 55. t. 10. f. 1.

Habitat in Helvetia, Sibiria. ☉

Folia utraque pagina concoloria, nec inferiori argentea.

analis.

22. POTENTILLA foliis ternatis dentatis utrinque tomentosis, caule foliis brevior.

Potentilla foliis ternatis mollibus incanis, caulibus vix uncialibus. *Gmel. mff.*

Habitat in Sibiria. ♀

Folia ternata, rugosa, tomentosa, pilosa, coriacea, cuneiformia, dentata. Stipulae latae, acutae, pilosae. Caulis biflorus, s. Scapus saepe uniflorus, petiolis brevior. Corolla maxima, lutea: petalis emarginatis, basi flavis. Stamina lutea.

TORMENTILLA.

erecta.

1. TORMENTILLA caule erecto.

Tormentilla. *Cam. epit.* 685. *Fl. lapp.* 213. *Fl. succ.* 421. *Mat. med.* 249. *Hort. cliff.* 194. *Ray. lugdb.* 276.

Tormentilla sylvestris. *Baub. pin.* 326.

Habitat in Europæ pascuis siccis. ♀

reptans.

2. TORMENTILLA caule repente.

Pentaphyllum minus viride, flore aureo tetrapetalo, radículas in terram e geniculis dimittens. *Morif. hist.* 2. p. 190.

Pentaphyllum reptans alatum, foliis profundius serratis.

Plot. oxf. 6. §. 7. t. 9. f. 5.

Habitat in Anglia. ♀

GEUM.

virginianum 1.

GEUM floribus erectis, fructu globofo: anthis uncinatis nudis, foliis ternatis. *Hort. cliff.* 195. *Gron. virg.* 56.

Caryophyllata virginiana, albo flore minore, radice inodora. *Herm. par.* III. t. III.

Habitat in Virginia. ♀

Folia caulina inferiora ternata, superiora simplicia; color corollæ albus, nec ut in sequenti luteus; Stipulae integrae.

2. GEUM floribus erectis, fructu globofo: ariftis unci-
natis nudis, foliis lyratis. *Hort. cliff.* 195. *Fl. succ.*
423. *Mat. med.* 249. *Roy. lugdb.* 276.
Caryophyllata vulgaris. *Bauh. pin.* 321.
Caryophyllata. *Dod. pempt.* 137.
Habitat in Europæ umbröfis. &
Folia radicalia lyrata in hac, & ftipulæ dentatæ.
3. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo: ariftis *rivale.*
plumofis. *Hort. cliff.* 195. *Fl. succ.* 424. *Roy. lugdb.*
276.
Geum rivale. *Fl. lapp.* 216.
Caryophyllata aquatica, nutante flore. *Bauh. pin.* 321.
Caryophyllata feptentrionalium. *Lob. ic.* 694.
β. Caryophyllata aquatica altera. *Bauh. pin.* 322.
Habitat in Europæ pratis fubhumidis. &
4. GEUM flore erecto folitario, fructu oblongo: ariftis *montanum.*
plumofis.
Caryophyllata pinnis confertioribus extrema fubrotunda,
tubis rectis. *Hall. helv.* 336. *
Caryophyllata alpina lutea. *Bauh. pin.* 322.
Caryophyllata montana. *Cam. epit.* 727.
β. Caryophyllata alpina minor. *Bauh. pin.* 322. *prodr.*
139.
Caryophyllata alpina minima, flore aureo. *Barr. rar.*
588. t. 399.
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Auftriæ, Delphinatus. &
5. GEUM foliolis uniformibus incisif: alternis *septans,*
minoribus, caule repente.
Caryophyllata alpina, apii folio. *Bauh. pin.* 322.
Caryophyllata alpina tenuifolia incana, flore luteo
longius radicata. *Barr. rar.* 589. 400. *Bocc. mus.*
160. t. 128.
Habitat in Helvetia & valle Barfillionenfi.

DRYAS.

1. DRYAS pentapetala, foliis pinnatis. *Amæn. acad.* 2. *pentapetala.*
p. 353: *
Habitat in Camfchatka. &
2. DRYAS octopetala, foliis fimplicibus. *octopetala,*
Dryas. *Fl. lapp.* 215. *Fl. succ.* 426. *Hort. cliff.* 195.
Roy. lugdb. 279. *Hall. helv.* 335. *Segu. ver.* 512.

Chamædrys 3. f. *montana*. *Clus. hist.* 2. p. 351.
Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Auftriacis,
Sabaudicis, Hibernicis, Sibiricis. &

COMARUM.

palustre. 1. COMARUM. *Fl. lapp.* 214. *Fl. suec.* 422. *Hort.*
cliff. 195. *Ray. lugdb.* 276. *Hall. helv.* 337.
Quinquefolium palustre rubrum. Bauh. pin. 325.
Pentaphyllum palustre. Cord. hist. 95.
Habitat in Europæ uliginosis. &

Classis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

MARCGRAVIA.

1. MARCGRAVIA.

umbellata.

Marcgravia scandens, fructu radiatim posito. *Pluk.*

gen. 7.

Habitat in America calidiore. ♪

Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima.

Umbella simplex pedunculis numerosis, in orbem positis, equalibus, horizontaliter patentibus. Flores ascendentes, nudis; corolla calyceque caducis. Discus umbellæ constans glandulis nectariferis, sessilibus, sæpius quinis, erectis, forma corollæ ringentis, galeæ s. supremi petali aconiti, ore ambitum respicientibus.

MORISONIA.

1. MORISONIA.

americana.

Morisonia arbor nucis juglandis folio. *Pluk. gen.* 36.

Habitat in America calidiore. ♪

Folia alterna, petiolata, ovata, obtusa.

BREYNIA.

1. BREYNIA foliis oblongo-ovalibus. *Roy. lugdb.* 476. *indica.*

Breynia elæagni foliis. *Plum. gen.* 40. *Breyn. it.* 13. t. 13.

Ceratonix affinis arbor filiquosa, oleæ folio, flore tetrapetalo albido; filiqua tereti ventricosa. *Sloan. jam.*

153. *hist.* 2. p. 60. *Raj. denar.* 100.

Habitat in America calidiore. ♪

CAPPARIS.

1. CAPPARIS aculeata. *Hort. cliff.* 203. *Mat. med.* 259. *spinosa.*

Roy. lugdb. 476.

Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo *Baub. pin.* 480.

β. Capparis folio acuto. *Baub. pin.* 480.

Capparis ficula, duplicata spina, folio acuto. *Bocc. sic* 79. t. 42. f. 3. 2. Cap-

2. *Capparis aculeis geminis, foliis ovatis utriusque acutis.*
Fl. zeyl. 210. *
Habitat in Europæ australis arenosis, ruderalis. †
- synophallo-*
piora. 2. *CAPPARIS* inermis, foliis ovalibus alternis perennanti-
 bus. *Hort. cliff.* 204.
Habitat in America †
- Badueca.* 3. *CAPPARIS* inermis, foliis ovato-oblongis determi-
 nate confertis perennantibus. *Hort. cliff.* 204. *
Capparis arborefcens indica Badueca dicta. *Raj. hift.*
 1630.
Badueca. Rheed. mal. 6. p. 105. s. 57.
Habitat in India. †

ACTÆA.

- spicata.* 1. *ACTÆA* racemo ovato, fructibusque baccatis.
Actæa. Hort. cliff. 209. *Fl. succ.* 431. *Hort. ups.* 138.
Mat. med. 253. *Ray. lugd.* 480. *Dalib. pers.* 152
Actæa caule inermi. Fl. lapp. 217.
- nigra.* *Aconitum bacciferum. Bauh. pin.* 182.
Christophoriana. Claf. hift. 2. p. 80.
- alba.* β. *Aconitum baccis niveis. Corn. canad.* 76. t. 77.
Christophoriana americana racemosa baccis niveis &
rubris. Morif. hift. 2. p. 3. f. 1. t. 2. f. 7.
Habitat in nemoribus Europæ; β. America. †
Petala rhombea, plano-membranacea.
- racemosa.* 2. *ACTÆA* racemis longissimis, fructibus unicapfulari-
 bus.
Actæa racemis longissimis. Gron. virg. 59. *Mat. med.* 253.
Christophoriana americana procerior & longius spicata.
Hort. elth. 79. t. 67. f. 78.
Christophoriana facie herba spicata. Amalth. 54. t.
 383. f. 3.
Habitat in Florida, Virginia, Canada. †
Petala crassa, gibba, minima, pedicellata, acumine se-
tucco acuminata, calycis foliolis plura.
- cimicifuga.* 3. *ACTÆA* racemis paniculatis, fructibus quadricapfulari-
 laribus.
Cimicifuga. Amm. acad. 2. p. 354. *
Thaliétroides foetidissimum, christophoriana facie. Amm.
rath. 102.
Habitat in Sibiria D. Krasbennnikof. 2.
Petala 4. subrotunda, calyce majora, teneriora. Styli 4.

BOCCONIA

1. BOCCONIA.

frutescens.

Bocconia ramosa, spondylii folio tomentoso. *Plum. gen.* 55.

Chelidonium majus arboreum, foliis quercinis. *Sloanciam.* 82. *hist.* 1. p. 195. t. 125.

Habitat in Jamaica, Mexico. ♀

SANGUINARIA.

1. SANGUINARIA. *Hort. cliff.* 202. *Gron. virg.* 57. *canadense.*

Sanguinaria minor, flore simplici. *Dill. elth.* 335. t. 252. f. 326.

Chelidonium majus canadense acaulon. *Corn. canad.* 212. *Morif. hist.* 2. p. 257. f. 3. t. 11. f. 1. *Raj. hist.* 1887.

β. *Sanguinaria major*, flore simplici. *Dill. elth.* 335. t. 252. f. 325.

γ. *Sanguinaria major*, flore pleno. *Dill. elth.* 335. t. 252. f. 326.

Habitat in America septentrionali. ♀

PODOPHYLLUM.

1. PODOPHYLLUM foliis peitatis lobatis.

petatum.

Podophyllum. *Hort. cliff.* 202. *Hort. upf.* 137. *Gron. virg.* 57. *Roy. lugdb.* 480.

Anapodophyllum canadense. *Catesb. car.* 1. p. 24. t. 24.

Aconitifolia humilis, flore albo unico campanulato, fructu cynobati. *Mentz. pug.* t. 11.

Habitat in America septentrionali. ♀

2. PODOPHYLLUM foliis binatis semicordatis.

diphyllum.

Habitat in Virginia. *Collinson.* ♀

Folia radicalia, petiolata, binata ut in *Hymenea*, glabra, integerrima, semicordata, absque pedicellis. Scapus radicalis, uniflorus, fructu antecedentis. Flos mihi non visus.

CHELIDONIUM.

1. CHELIDONIUM pedunculis umbellatis.

majus.

Chelidonium pedunculis multifloris umbellatis. *Hort. cliff.* 201. *Fl. suec.* 430. *Hort. upf.* 137. *Mat. med.* 252.

Roy. lugdb. 478. *Dalib. paris.* 152.

Chelidonium majus vulgare. *Bauh. pin.* 144.

Chelidonium majus. *Fuchs. hist.* 865.

- β. *Chelidonium majus*, foliis quernis. *Bauh. pin.* 144.
Chelidonium majus, folio laciniato. *Clus. hist.* 2. p. 203.
Habitat in Europæ ruderatis. 2
- Glaucium.* 2. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro.
Chelidonium glabrum, pedunculis unifloris. *Hort. ups.* 137. *Roy. lugdb.* 478. *Dalib. paris.* 152.
Chelidonium pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 201.
Gron. virg. 57.
Papaver corniculatum luteum. *Bauh. pin.* 171.
Papaver corniculatum, flavo flore. *Clus. hist.* 2. p. 91.
Habitat in Angliæ, Helvetiæ, Galliæ, Italiæ, Virginis arenosis. ☉
- corniculatum.* 3. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis fossilibus pinnatifidis, caule hispidulo.
Chelidonium hispidum, pedunculis unifloris. *Hort. ups.* 137. *Sauv. monsp.* 286.
Glaucium hirsutum, flore phoeniceo. *Tournef. inst.* 254.
Papaver cornutum, phoeniceo flore. *Clus. hist.* 2. p. 91.
Habitat in Hungaria, Bohemia, Mionspeli. ☉
- hybridum.* 4. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule lævi
Papaver caule ramofo, foliis linearibus pinnatifidis, capsulis sulcatis. *Hort. ups.* 135. *Sauv. monsp.* 252.
Papaver corniculatum violaceum. *Bauh. pin.* 172.
Papaver corniculatum, violaceo flore. *Clus. hist.* 2. p. 92.
Habitat in Europa australiore. ☉
Stigmata 4.

PAPAYER.

* *Capsulis hispidis.*

- hybridum.* 1. **PAPAYER** capitulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro.
Papaver foliis ternato-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. *Hort. cliff.* 201.
Papaver caule ramofo, foliis lineari-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. *Hort. ups.* 136.
Argemone capitulo brevior. *Bauh. pin.* 172.
Argemone capitulo hirsuto rotundo torulis canaliculato. *Morif. hist.* 2. p. 278. f. 3. t. 14. f. 9. *Lob. ic.* 276.
Habitat in Europa australiore. ☉
- Argemone.* 2. **PAPAYER** capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. Papa-

Papaver capsulis hispidis oblongo-turbinatis fulcatis. *Fl. suec.* 429. *Dalib. paris.* 152.

Papaver foliis ternato-pinnatis, fructu angulato. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 419. *Sauv. monsp.* 252.

Argemone capitulo longiore. *Baub. pin.* 172. *Lob. ic.* 276.

Argemone capitulo tenuiore longiore hirsuto. *Morif. hist.* 2. p. 278. f. 3. t. 14 f. 10.

Habitat in Europæ campis arenosis. ☉

3. PAPAVER capsula hispida, scapo unifloro nudo hispidissimo, foliis bipinnatis.

Papaver perenne, pilis rigidissimis, foliis pinnatis, flore luteo hirsuto. *Hall. helv.* 304.

Papaver alpinum saxatile, coriandri folio. *Segu. ver.* 1. p. 416. t. 4. f. 4.

Argemone alpina, foliis scandicis, lutea. *Baub. pin.* 172. *prodr.* 93. *Burf. IX:* 58.

Argemone alpina, coriandri folio. *Baub. pin.* 172.

Argemone minor penæ. *Dalech. hist.* 1714.

Habitat in Helvetia, Sneeburg Austriæ. 2

Flores plantæ Burserianæ apud C. *Baukinum albi erant, nec lutei. affertente Bursero.*

4. PAPAVER capsulis hispidis, scapo unifloro nudo hispidissimo, foliis simplicibus pinnato-sinuatis. *Hort. upf.* 136.

Papaver erraticum nudicaule, flore flavo odorato. *Dill. elth.* 302. t. 224. f. 291.

Papaver erraticum, luteo flore, capite oblongo hispido. *Amm. ruth.* 61. n. 81.

Habitat in Sibiria. ♂

Stipulae 8 ad 9.

* *Capsulis glabris.*

5. PAPAVER capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisif.

Papaver foliis pinnatifidis hispidis, fructu ovato, *Hort. cliff.* 201. *Fl. suec.* 428. *Hall. helv.* 303 *Mat. med.* 251. *Roy. lugdb.* 478. *Dalib. paris.* 151

Papaver caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, capsulis lævibus. *Hort. upf.* 136. *Sauv. monsp.* 252.

Papaver erraticum majus. *Baub. pin.* 171.

Papaver rhoeas prius. *Dalech. hist.* 439.

β Papaver erraticum, pleno flore. *Baub. pin.* 171.

γ Papaver erraticum minus. *Baub. pin.* 171.

γ *Habitat in Europæ arvis, agris.* ☉

- omniferum.* 6. PAPAVER calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulis incisis.
 Papaver caule multifloro, foliis simplicibus glabris incisis caulinis. *Hort. upf.* 135. *Mat. med.* 250.
 Papaver foliis simplicibus glabris incisis. *Hort. cliff.* 200. *Hall. belv.* 303. *Roy. lugdb.* 879.
 Papaver hortense, semine albo. *Baub. pin.* 170.
 β. Papaver hortense, semine nigro. *Baub. pin.* 170.
 γ. Papaver cristatum, floribus & semine album. *Baub. pin.* 171.
 δ. Papaver cristatum, floribus rubris, semine nigro. *Baub. pin.* 171.
 ε. Papaver, flore pleno, album. *Baub. pin.* 171.
Habitat in Europæ australioris ruderalis. ☉
Caulis, Folia, Calyces, Capsula glabra. Stigmata 10.
- cambriticum* 7. PAPAVER capsulis glabris oblongis, caule multifloro lævi, foliis pinnatis incisis.
 Papaver foliis pinnatis, fructu acuminato. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 479.
 Papaver cambriticum perenne, flore sulphureo. *Dill. elth.* 300. *t.* 223. *f.* 290.
 Argemone cambro-britannica lutea, capite longiore glabro. *Maris. hist.* 2. *p.* 297. *f.* 3. *t.* 14. *f.* 12.
 Papaver erraticum pyrenaicum, flore flavo. *Baub. pin.* 171. *prodr.* 92. *Bursf. IX:* 45.
Habitat in Cambriæ septentrionalis nemorosis. ☿
Stigmata 5. f. 6. distincta. Capsula oblonga, inferne angustior.
- orientale.* 8. PAPAVER capsulis glabris, caulibus unifloris scabris foliosis, foliis pinnatis serratis. *Hort. upf.* 136.
1. LIRIODENDRON. *Hort. cliff.* 223. *Hort. nps.* 154. *Tulipifera.*

Gron. virg. 60. *Roy. lugdb.* 494.

Tulipifera arbor virginiana. Herm. lugdb. 612. t. 613.

Tulipifera virginiana, tripartito aceris folio: media laci-
nia velut abscissa. Pluk. alm. 379. t. 117. f. 5. & t.

248. f. 7. *Catesb. car.* 1. p. 48. t. 48.

- β. *Tulipifera caroliniana, foliis productionibus magis an-*
gulosis. Pluk. alm. 379. t. 68. f. 3.

Habitat in America septentrionali. b

MAGNOLIA.

1. MAGNOLIA.

virginiana.

Magnolia foliis ovato-lanceolatis. Hort. cliff. 222. *Gron.*
virg. 61. *Roy. lugdb.* 493.

- α. *Magnolia foliis ovato-lanceolatis subtus glauois. Anon. glauca.*

Magnolia lauri folio subtus albicante. Catesb. car. 1. p.
 39. t. 39. *Dill. elth.* 207. t. 168. f. 205.

Tulipifera virginiana, laurinis foliis averſa parte rors
cæruleo cinctis, conibaccifera. Pluk. alm. 379. t. 68.

f. 4.

- Laurus tulipifera*, baccis calyculatis. *Raj. hist.* 1690.
- fœtida, β. *Magnolia* foliis ovato-oblongis subtus viridibus. *Anon.*
Magnolia altissima, flore ingenti candido. *Catesb. car.*
 2. p. 61. t. 61. *Ehret. pict.*
Magnolia amplissimo folio, fructu cœrulco. *Plum. gen.*
 38.
- grisea, γ. *Magnolia* flore maximo albo fœtido, foliis deciduis am-
 plis, florum ad ramulorum seriem sphaerice cingenti-
 bus, fructu majori. *Gron. virg.* 61.
- tripetala, δ. *Magnolia* foliis ovato-oblongis subtus griseis. *Anon.*
Laurus tulipifera, foliis subtus ex cinereo aut argenteo
 purpurascens. *Raj. hist.* 1718.
- acuminata, ε. *Magnolia* amplissimo flore albo, fructu coccineo. *Ca-*
tesb. car. 2. p. 80. t. 80.
Magnolia flore albo, folio majore acuminato haud al-
 bicante. *Catesb. car.* 2. p. 15. t. 15. *Gron. virg.* 61.
Habitat in Virginia, Carolina. ♪
Utrum hæc: α. β. γ. δ. ε. sint distinctæ, determinant
autoptæ in solo naturali? harum.
 δ. *Petalis tribus exterioribus reflexis.*
 ε. *Foliis ovatis acuminatis.*
 β. *Flore maximo & longiore in diametro*
quam foliorum longitudo & foliis
subtus griseis.

MICHELIA.

- Champaca. 1. MICHELIA. *Fl. zeyl.* 144.
 Champacam. *Rheed. mal.* 1. p. 31. t. 19. *Raj. hist.* 1641.
Habitat in India. ♪

UVARIA.

- zeylanica. 1. UVARIA foliis integerrimis,
Uvaria. Fl. zeyl. 224. *
 Narum-panel. *Rheed. mal.* 2. p. 11. t. 9. *Raj. hist.* 1636.
Habitat in India. ♪
- japonica. 2. UVARIA foliis serratis.
 Frutex viscosus procumbens, folio telephii vulgaris æ-
 mulo, fructu racemoso. *Kampf. amon.* 476. t. 477.
Habitat in Japonia. ♪

ANNONA.

- muricata. 1. ANNONA foliis ovali-lanceolatis glabris niidis pla-
 nis, pomis muricatis. *Hort. cliff.* 222. * *Gron. virg.*
 61. *Roy. lugab.* 494. Anno

Anona indica latifolia, fructu squamoso aspero. *Pluk. alm.* 31. t. 134. f. 2.

Anona indica fructu conoide viridi squamis veluti aculeato. *Pluk. alm.* 32. t. 135. f. 2.

Anona maxima, foliis latis splendentibus, fructu maximo viridi conoide: tuberculis s. spinnulis innocentibus aspero. *Sloan. jam.* 203. *hist.* 2. p. 196. t. 225.

Anona. Comm. hort. 1, p. 133. t. 69.

Guanabanus fructu e viridi lutescente molliter aculeato. *Plum. gen.* 43.

Habitat in America calidiore. ♪

2. ANNONA foliis oblongis, fructibus obtuse subsquamosa. *squamosa.*
matis.

Anona foliis odoratis minoribus, fructu conoide squamoso parvo dulci. *Sloan. jam.* 205. *hist.* 2. p. 168. t. 227. *Raj. dendr.* 77.

Habitat in America meridionali. ♪

3. ANNONA foliis lanceolatis, fructibus ovatis reticulato-areolatis. *reticulata.*

Anona maxima foliis oblongis angustis, fructu maximo luteo conoide: cortice glabro in areolas angulares distincto. *Sloan. jam.* 264. *hist.* 2. p. 167. t. 226. *Catesb. car.* 2. p. 62. t. 62. *Raj. dendr.* 77.

Habitat in America meridionali. ♪

4. ANNONA foliis lanceolato-ovatis, fructibus conoidibus glabris. *glabra.*

Anona maxima, foliis latis, fructu maximo luteo conoide: cortice glabro. *Catesb. car.* 2. p. 64. t. 64.

Habitat in Carolina. ♪

5. ANNONA foliis lanceolatis, fructibus trifidis. *triloba.*

Anona fructu lutescente levi serotum arietis referente. *Catesb. car.* 2. p. 85. t. 85.

Habitat in Carolina. ♪

6. ANNONA foliis lanceolatis glabris nitidis secundum nervos sulcatis. *afanica.* *Hort. cliff.* 222. * *Fl. zeyl.* 225. *

Roy. lugdb. 494. *Annona sylvestris. Burm. zeyl.* 25.

Habitat in Zeylona. ♪

7. ANNONA foliis lanceolatis pubescentibus. *Hort. cliff. africana.* 222. *Roy. lugdb.* 494.

Habitat in Æthiopia. ♪

7. *Anemone alpina alba minor.* *Baub. pin.* 176. *prodr.* 194. *Burf. IX:* 81.
Habitat in Alpibus Styriacis, Helveticis. 2
Confer: Pulsatilla lutea, pastinaca sylvestris folio. C. B. 177. *quæ vix videtur ab hac diversa.*

hortensis.

9. ANEMONE foliis digitatis.
Pulsatilla foliis digitatis. Hort. cliff. 224.
Anemone, geranii rotundo folio, purpurascens. Baub. *pin.* 173.
Anemone hortensis latifolia 3. Clus. hist. 1. p. 249.
Anemone 1. Dod. pempt. 434.
Habitat ad Rhenum & in Italia. 2

* *Anemonoide flore nudo, seminibus ecaudatis.*

sylvestris.

10. ANEMONE pedunculo nudo, seminibus subrotundis hirsutis.
Anemone feminibus hirsutis. It. oel. 112. *Fl. suec.* 449.
Anemone feminibus seta plumota terminatis. Hort. cliff. 224. *Roy. lugdb.* 224.
Anemone sylvestris alba major. Baub. pin. 176.
Anemone sylvestris 1. Clus. hist. 1. p. 244.
 β. *Anemone sylvestris alba minor. Baub. pin.* 176. *prodr.*

93.

Habitat in Germania. 2

virginiana.

11. ANEMONE pedunculis alternis longissimis, fructibus cylindricis, seminibus hirsutis muticis.
Anemone caule ramoso, petalis lanceolatis. Roy. lugdb. 488. *Gron. virg.* 165.
Anemone virginiana tertie similis, flore parvo. Herm. *lugdb.* 645. *parad.* 18. 2. 18.
Habitat in Virginia. 2

Caulis nudus, terminatus Foliis ternis, ternatis: medio trilobo, acuto, serrato, lateralibus bipartitis, lobato-serratis. Pedunculus exiit e centro petiolorum, longus, nudus. Flos parvus petalis ovatis, viridibus, instar calycis cujusdam. Pistillorum capitulum elongatum, cylindricum, resolvitur in Semina hirsuta. Juxta pedunculi basin exit caulis alterius, terminatus pedunculo florifero & foliis ambus oppositis & sic ulterius.

dichotome.

12. ANEMONE caule dichotomo, foliis sessilibus amplexicaulibus palmatis. *Amsn. acad.* 1. p. 155. *
Habitat in Canada, Sibiria. 2

trifolia.

13. ANEMONE foliis ternatis ovatis integris serratis.
 caule

caule unifloro. *Hort. ups. 155. Hort. cliff. 224. Roy. lugdb. 488. Dalib. paris. 161.*

Anemone trifolia, flore albo. *Bauh. hist. 3. p. 412.*

Anemone trifolia. Dod. pempt. 436.

Habitat in Gallia. &

14. ANEMONE foliis quinatis ovalibus ferratis, caule ^{quinquefolio} unifloro.

Ranunculus nemorum, fragariæ foliis, virginianus. Pluk.

alm. 310. t. 166. f. 3.

Habitat in Virginia, Canada. Kalm. &

15. ANEMONE seminibus acutis, foliolis incisfis, cau-^{nemorosa} le unifloro. *Hort. cliff. 224. Fl. succ. 450. Roy. lugdb. 488. Mat. med. 275. Dalib. paris. 161.*

Anemone nemorosa, flore majore. Bauh. pin. 176.

Ranunculus sylvarum. Clus. hist. 247.

Habitat in Europæ asperis, duris, nemoribus. &

16. ANEMONE seminibus acutis, foliolis incisfis, pe-^{apennina} talis lanceolatis numerosis.

Ranunculus nemorosus, flore cæruleo, apennini montis. Mentz. pug. t. 8. f. 2.

Ranunculus nemorosus, flore purpuro-cæruleo. Park. theat. 325. Rej. angl. 3. p. 259.

Anemone, geranii robertiani folio, cærulea. Bauh. pin. 174?

Habitat in Apenninis, Anglia. &

17. ANEMONE seminibus acutis, foliolis incisfis, petal-^{ranunculoides} lis subrotundis, caule sub-bifloro. *Hort. cliff. 125. Fl. succ. 451. Roy. lugdb. 488. Dalib. paris. 161.*

Ranunculus nemorosus luteus. Bauh. pin. 178.

Ranunculus phragmites luteus nemorosus. Bauh. hist. 3. p. 413.

Habitat in Europæ borealis pratis nemorosis. &

18. ANEMONE caule unifloro, involucrio folioso ob-^{Sibirica} tuso.

Habitat in Sibiria. D. Gmelin. &

Folia radicalia digitata, multifida, marginibus præsertim hirsuta: petiolis pilosis basi vaginantibus. Scapus nudus, pilosus. Involucrum sub flore tripartitum, lobatum: laciniis lanceolatis. Flos patens: petalis 6, subrotundis, fulvis. Stamina flavis. Pistillorum capitula subrotunda, mucicata.

- narcissifolia.* 19. ANEMONE floribus umbellatis, seminibus depresso-ovalibus nudis.
Anemone multiflora, semine lævi latissimo, petalis feminis ex rotundo-acutis. *Hall. belv.* 330.
Ranunculus montanus hirsutus humilior, narcissi flore. *Baub. pin.* 182.
Ranunculus montani 2 species altera. *Clus. hist.* 1. p. 235.
Habitat in Alpibus Austriæ, Helvetiæ, Sibiria. &
- fasciculata.* 20. ANEMONE floribus umbellatis congestis, foliis multifidis. †
Ranunculus orientalis, aconiti lycostoni folio, flore magno albo. *Tournef. cor.* 20. *itin.* 3. p. 92. t. 92.
Habitat in Oriente.
Obscure adhuc distincta a præcedente, (cui simillima) quaradim hujus semina non descripta sunt.
- Thalictrifolius.* 21. ANEMONE foliis caulinis simplicibus verticillatis, radicalibus duplicato ternatis.
Ranunculus nemorosus. aquilegiæ foliis, virginianus, asphodeli radice. *Pluk. alm.* 310. t. 106. f. 4.
β. Thalictrum caule unifloro, ex eodem puncto foliis quatuor simplicibus instructo. *Gron. virg.* 62.
Habitat in Virginia, Canada.
Canadensis plantæ ♂, a D. Kalmio lectæ, Radix tuberosa. Folia radicalia petiolis longis, duplicato-ternata: foliolis subcordatis, angulatis. Scapus foliis paulo altior, terminatus foliis quatuor simplicibus, foliolis radicalibus similibus, petiolis longis insidentibus. Pedunculi terminales, conferti s. fasciculati 1, 2, 3. f. 5, simplices, uniflori, æquales. Corollæ albæ: petalis ovatis, obtusis, patentibus. Stamina flavescens. Pistilli capitulum ovatum, muricatum.

ATRAGENE.

- zeylanica.* 1. ATRAGENE cirrhis diphyllis. *Fl. zeyl.* 226. *
Atragene. *Amoen. acad.* 1. p. 405.
Clematis zeylanica, floribus obsoletis parvis. *Herm. zeyl.* 35.
Habitat in Zeylona. ♂
- alpina.* 2. ATRAGENE foliis duplicato-ternatis serratis.
Clematis foliis cordatis crenatis indivisis trilobis ternatisque. *Roy. lugdb.* 437.

Clematis alpina geranifolia. *Bauh. pin.* 300. *prodr.* 135.

Pluk. alm. 109. *t.* 84. *f.* 7.

Clematis cruciata alpina. *Pon. bald.* 335.

Anemone, tubis caudatis, tetrapetala, pinnis latissimis.

Hall. helv. 332.

Habitat in Helvetia, Baldo, Sibiria. *h*

3. ATRAGENE foliis ternatis: foliolis tripartitis subser-ratis. *sibirica.*

Habitat in Sibiria subhumidis ubique.

Caulis sarmentosus. Folia opposita, ternata, subserrata; foliolis trifidis: lobo exteriori profundiore. Flores paniculati, rubri, pleni. *Facies Aquilegie stellatae.*

4. ATRAGENE foliis ternatis: foliolis incisis lacertis. *capensis.*

Pulsatilla foliis trifidis dentatis, flore incarnato pleno.

Burm. afric. 148

Pulsatilla apii folio rigido, flore magno. *Herm. afr.* 18.

Habitat ad Cap. b. *Spei.* 2

CLEMATIS.

* *scandentes.*

1. CLEMATIS foliis compositis decompositisque: foliis ovatis integerrimis. *italica.*

Hort. cliff. 225. *Roy. lugdb.* 486.

Clematis cærulea vel *purpurea repens.* *Bauh pin.* 300.

Clematis altera. *Clus. hist.* 1. *p.* 122.

Clematis cærulea, flore pleno. *Bauh. pin.* 300.

Habitat in Italia, Hispania sepibus.

2. CLEMATIS foliis compositis decompositisque: foliis quibusdam trifidis. *viorna.*

Gron. virg. 62.

Flammula scandens, flore violacco clauso. *Dill. elib.*

144. *t.* 118. *f.* 444.

Clematis purpurea repens, petalis florum coriaceis. *Raj.*

hist. 1928.

Scandens caroliniana planta, viorna folio. *Pet. sic.* 27.

Habitat in Virginia, Carolina.

3. CLEMATIS foliis simplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve. *virgata.*

Clematis flore crispo. *Dill. elib.* 86. *t.* 73. *f.* 84.

Habitat in Carolina.

4. CLEMATIS foliis compositis: foliolis incisis angulatis lobatis cuneiformibus. *orientalis.*

Cle-

Clematis orientalis, apii folio, flore e viridi-flavescente posterius reflexo. *Tournef. cor.* 20.

Flammula scandens, apii folio glauco. *Dill. elsb.* 144 t. 119. f. 145.

Habitat in Oriente.

Vitalba.

5. CLEMATIS foliis pinnatis, foliolis cordatis scandentibus. *Hort. cliff.* 225. *Roy lugdb.* 486. *Hall. belv.* 334. *Gron virg.* 62. *Sauv. monsp.* 249. *Gort. gelr.* 315

Clematidis latifolia integra. *Bauh. hist.* 2. p. 125.

Clematis tertia. *Cam. epit.* 697.

- β. Clematis latifolia dentata. *Bauh. hist.* 2. p. 125

Vitalba. Dod. pempt. 404.

- γ. Clematis sylvestris latifolia. *Bauh. pin.* 300. *Sloan jam.* 84. *Habitat in sepibus Europæ australis, Virginie, Jamaica.*

tirbala.

6. CLEMATIS cirrhis scandens. *Hort. cliff.* 226. *Roy lugdb.* 487.

Clematidis peregrina, foliis pyri incis. *Bauh. pin.* 300.

Clematis altera bætica. *Clus. hist.* 1. p. 123.

Clematis peregrina, foliis pyri incis: nunc singularibus, nunc ternis. *Tournef. cor.* 20.

Habitat in Bætica, arbores operiens & depressens.

Flammia.

7. CLEMATIS foliis inferioribus pinnatis laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486. *Hall. belv.* 334. *Sauv. monsp.* 249.

Clematidis s. Flammula repens. *Bauh. pin.* 300. *Raj, hist.* 621.

Flammula. *Dod. pempt.* 404. *Dalech hist.* 1171

- β Clematidis maritima repens. *Bauh. pin.* 300. *prodr.* 135. *Habitat Montpelii, Jenæ, inque Rhetie sepibus*

* erectæ

8. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis intererrimis, caule erecto. *Hort cliff.* 225. *Hort. upf.* 155. *Roy. lugdb.* 486. *Sauv. monsp.* 249.

Flammula recta. *Bauh. pin.* 300.

Flammula. *Cam. epit.* 698. *Clus. hist.* 1. p. 124

Habitat in collibus Austriæ, Pannoniæ, Tatarie, Montpelii. &

- integrifolia. 9. CLEMATIS foliis simplicibus ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 225. *Hort. upf.* 156. *Roy. lugdb.* 486
Clematidis cærulea erecta. *Bauh. pin.* 300.

Cle-

Clematis cærulea pannonica. Clus. hist. 1. p. 123.
Habitat in Hungaria, Tataria. 2.

THALICTRUM.

1. THALICTRUM caule simplicissimo subnudo, race- *alpinum.*
 mo simplici terminali. *Hort. cliff. 227. Fl. suec. 455.*
Roy. lugdb. 485.
 Thalictrum caule subnudo simplici, foliolis obtusis. *Fl.*
*lapp. 225. **
 Thalictrum montanum minimum præcox, foliis splen-
 dentibus. *Morif. hist. 3. p. 325. f. 9. t. 20. f. 14.*
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Arvoniæ. 2.
Petala 4, Stamina 12, Pistilla 8, Racemus simplex flo-
ribus cernuis.
2. THALICTRUM caule paniculato ramosissimo fo- *foetidum.*
 lioso.
 Thalictrum caule filiformi ramosissimo in paniculam di-
 sperso subjectis foliis. *Hort. cliff. 227. * Roy. lugdb.*
485. Sauv. monsp. 251.
 Thalictrum minimum foetidissimum. *Baub. pin. 337.*
prodr. 147. Baub. hist. 3. p. 488. Morif. hist. 3.
p. 325. f. 9. t. 20. f. 13. Pluk. alm. 267. t. 65. f. 4.
Habitat Monspeli, inque Valletia, Helvetia. 2.
3. THALICTRUM floribus pentapetalis, radice tubero- *tuberosum.*
 sa. *Hort. cliff. 227. Roy. lugdb. 486.*
 Thalictrum minus, asphodeli radice, magno flore. *Tour.*
nesf. inst. 271.
 Ranunculus thalictri folio, asphodeli radice. *Morif. hist.*
2. p. 438. f. 4. t. 28. f. 13.
 Oenathe folio hederæ. *Baub. pin. 163.*
Habitat in Hispania. 2.
4. THALICTRUM floribus pentapetalis, radice fibrosa. *cornuc.*
Roy. lugdb. 486.
 Thalictrum canadense. *Corn. canad. 186.*
 Thalictrum americanum. *Park. theatr. 265.*
 Thalictrum majus, foliis aquilegiæ, flore albo. *Morif. hist.*
3. p. 325.
Habitat in Canada. 2.

THALICTRUM floribus dioicis. *dioicum.*
Habitat in Canada. Kalm.

Altitudo vix pedalis. Caulis rectus. Flores tetrapetal,
carollis & staminibus ad albis. Antheræ flavescences.

M m

Folio-

Foliola cernua sunt, qua nota distinctissima evadit
 planta ex hucien.

- minus.* 6. THALICTRUM foliis sexpartitis, floribus cernuis.
 Thalictrum caule folioso, foliolis caulinis acutis, pan-
 icula divaricata, floribus nutantibus. *Fl. succ.* 454. *It.*
prot. 180. * *Dalib. paris.* 454.
 Thalictrum minus. *Baub. pin.* 337. *Dod. pempt.* 58.
 Ruta pratensis minor. *Tabern. ic.* 55.
Habitat in Europæ pratis. ♀
- sibiricum.* 7. THALICTRUM foliis tripartitis divaricatis, floribus
 cernuis.
Habitat in Sibiria D. Gmelin.
Habitus, Semina & omnia antecedentis, at Folia basi tan-
tum tripartita, & foliola tenella, glauca, parva, uti
in Fumario.
- purpurascens* 8. THALICTRUM foliis tripartitis, caule foliis duplo
 altiore, floribus cernuis.
Habitat in Canada. ♀
Habitus Thalictri minoris, at vix pedalis evadit, ubi il-
la tripedalis. Cajiyces purpurascens, staminibus inte-
is. Caulis etjam purpurascens.
- angustifoli-*
um. 9. THALICTRUM foliolis lanceolato-linearibus inte-
 gerimis. *Hort. cliff.* 226. *Pl. hybrid.* 28. *Roy. lugdb.*
 487. *Hall. belv.* 308. *Sauv. monsp.* 250.
 Thalictrum pratense, angustissimo folio. *Baub. pin.* 357.
prodr. 146. t. 146. *Pluk. alm.* 364. t. 65. f. 6.
Habitat in Germania rariss. ♀
Petala 4, stamina 16. Pistilla 7.
- * *flavum.* 10. THALICTRUM caule folioso sulcato, panicula
 multiplici erecta. *Hort. cliff.* 226. *Fl. succ.* 453. *Roy.*
lugdb. 485. *Hall. belv.* 308. *Dalib. paris.* 162.
 Thalictrum pratense. *Fl. lapp.* 224.
 Thalictrum majus, siliqua angulosa s. striata. *Baub. pin.*
 336.
 Thalictrum magnum. *Dod. pempt.* 58.
- speciosum* 11. Thalictrum majus flavum, floribus luteis s. glauco fo-
 lio. *Baub. pin.* 336. *staminibus suis.*
Habitat in Europæ septentrionalioris subhumidis, β. in Hi-
spania. ♀
Petala 4, Stamina 24, Pistilla 10--16.
- lucidum.* 12. THALICTRUM caule folioso sulcato, foliis linea-
 ribus carnosis. *Dalib. parij.* 162. †

Thalictrum minus lucidum, libanotidis coronariæ foliis. *Pluk. aim.* 363. t. 65. f. 5.

Thalictrum minus alterum parisiense, foliis crassioribus & lucidis. *Tournef. inst.* 171.

Thalictrum 1, vel pratense 1. *Clas. hist.* 1. p. 234.

Habitat Parisiis & in Hispania.

Planta, an satis distincta, a T. flavo? videtur temporis filia.

12. *THALICTRUM* fructibus pendulis triangularibus *aquilegifoliis* rectis, caule tereti. *mm.*

Thalictrum seminibus triangularibus pendulis, stipulis caulinis. *Hort. cliff.* 226. *Fl. suec.* 452. *Roy. lugdb.* 285. *Hall. helv.* 309

Thalictrum majus, florum staminibus purpurascens. *Bauh. pin.* 337.

Thalictrum majus, folliculis angulosis, caule lævi. *Bauh. hist.* 3. p. 487.

Habitat in Scania. Helvetia 2

Petala 4, *Stamina* 60, *Pistilla* 16.

13. *THALICTRUM* fructibus pendulis triangularibus *contortum*, contortis, caule subancipiti.

Thalictrum hybridum seminibus contortis. *Fl. hybrid.* 27. *

Habitat in Sibiria. *G. Demidoff.* 2

Petala 4, *Stamina* 60, *Pistilla* 8. *antecedenti similis, sed numilior floribus albis.*

ADONIS.

† *ADONIS* floribus octopetalis, fructibus subcylindricis. *Hort. ups.* 156.

Adonis radice annua. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lugdb.* 488. *Dalib. parif.* 162. *Sauv. monsp.* 253.

α. *Adonis sylvestris*, flore phœniceo ejusque foliis longioribus. *Bauh. pin.* 1-8

Adonis flore pallido. *Cam. epit.* 648.

β. *Adonis hortensis* flore minore atro-rubente. *Bauh. pin.* atrorubens. 178.

Flos adonis. *Clas. hist.* 1. p. 336.

Habitat inter segetes Europæ australis. ☉

Hæ α, β. *distinctæ persistunt, structura tamen eadem.*

2. *ADONIS* flore dodecapetalo, fructu ovato. *vernalis.*

Adonis radice perenni. *Hort. cliff.* 231. *Fl. suec.* 456.

It. xl. 73. *Roy. lugdb.* 488. *Sauv. monsp.* 253.

Helleborus niger tenuifolius, buphthalmi flore. *Bauh. pin.* 186.

Buphthalmum. *Dod. pempt.* 261.

Habitat in Oelandiæ, Borussiae, Bohemiæ collibus apertis. 2

- apennina.* 3. **ADONIS** floribus pentdecapetalis, fructu ovato. *Helleborus niger ferulaceus*, caule geniculato, flore magno tulipæ minoris instar. *Mentz. pug. t. 3. f. 1.* *Habitat in Sibiria, Apenninis.* 2
Difficillime distinguuntur plantæ 2. 3. simillimæ. Caulis 2 adpersus pilis; 3 punctis farinosis pellucidis. Rami 2 ex caulis parte inferiore; 3 ex alis superioribus. Pedunculus 2 brevissimus; 3 longior. Folia in 2 minus pinnata; 3 magis divisa. latiora, nitidiora. Calyx in 2 griseus striatus villosus concavus; 3 luteo-virescens, glaber, avenius, planus. Petala in 2 lanceolata, sæpius duodecim; 3 ovata, imbricata, sæpius quindecim. Flos in 2 unicus; in 3 plures. Stamina in 3 valde reflexa. Planta 3. diutius æstate durat: vero vernalis est.
- asperis.* 4. **ADONIS** fructibus depressis, foliis duplicato-ternatis ovatis serratis.
Actæa trifoliata hirsuta, foliis scabris, flore sulphureo rariore *Burm. afr. 147. t. 51.*
Christophoriana africana ranunculoides, foliis rigidis. *Boerb. lugdb. 2. p. 62.*
Ranunculus æthiopicus, foliis rigidis, floribus ex luteo-virescentibus. *Comm. hort. 1. p. 1. t. 1.*
Imperatoria ranunculoides africana enneaphyllos, laserpitii lobatis foliis rigidis margine spinosis. *Pluk. alm. 198. t. 95. f. 2.*
Habitat ad Cap. b. Spei. 2

RANUNCULUS.

* *Folius simplicibus.*

- Flammula.* 1. **RANUNCULUS** foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Hort. cliff. 228. Fl. suec. 458. Roy. lugab. 489. Hall. helv. 322. Dalib. parif. 163.*
Ranunculus foliis ovato-oblongis integerrimis, caule procumbente. *Fl. lapp. 325.*
Ranunculus longifolius palustris minor. *Bauh. pin. 180.*
Flammula Ranunculus. *Dod. pempt. 432.*
 β. *Ranunculus palustris*, foliis serratis. *Bauh. pin. 180.*
Habitat in Europæ pajensis udis. 2

2. RANUNCULUS foliis linearibus, caule repente. *repens*
Fl. lapp. 236. *t.* 3. *f.* 5. *Fl. suec.* 459
 Ranunculus flammæus minimus, spergulæ folio. *Buxb.*
cent. 5. *app.* 41.
 Ranunculus repens, gramineis foliis, e singulis geniculis
 radices agens. *Amm. ruth.* 80. *t.* 13. *f.* 1.
Habitat in Suecia, Russia ad ripas lacuum antecedenti
valde affinis & forte varietas.
- 3 RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *Lingua.*
Hort. cliff. 228. *Fl. suec.* 457 *Roy. lugdb.* 489. *Dalib.*
parif. 163.
 Ranunculus longifolius palustris major. *Bauh. pin.* 34.
 Ranunculus lanceolatus major. *Tabern. ic.* 48.
Habitat in Europa borealis fossis, aquis limosis. 2
- 4 RANUNCULUS foliis ovatis petiolatis, floribus ses-
 silibus. *Hort. cliff.* 229 *Dalib. parif.* 164.
 Ranunculus parnassensis pumilus, plantaginellæ folio.
Pet. gaz. 40. *t.* 25. *f.* 4. *Inst. bot.* 1719. *p.* 52. *t.*
 4. *f.* 4.
 β Ranunculus ficulus, folio rotundo vix serrato. *Pet.*
gaz. 39. *t.* 24. *f.* 9.
Habitat Parisiis & in Sicilia locis paludosis
- 5 RANUNCULUS foliis lanceolato-linearibus sessilibus
 acuminatis, caule erecto, radice bulbosa. *Hort. cliff.* 288.
Roy. lugdb. 489. *Dalib. parif.* 163. *Sauv. monsp.* 75.
 Ranunculus, gramineo folio, bulbosus. *Bauh. pin.* 150.
 Ranunculus pumilus, gramineis foliis. *Bauh. hist.* 5. *p.*
 306.
 Hydropiper lanceolatum. *Daelch. hist.* 1038.
Habitat in Pyrenæis & Gallia pratis aridis. 2
6. RANUNCULUS foliis subovatis nervosis integer-
 pinnatifidis
 rimis petiolatis
 Ranunculus montanus, graminis parnassi-folio. *Tournef.*
inst. 286.
Habitat in Europa australi.
7. RANUNCULUS foliis ovatis acuminatis amplexi-
 caulibus, caule subnitido, radice fasciculata. *Hort. cliff.*
cliff. 229. *Roy. lugdb.* 484. *Sauv. monsp.* 70.
 Ranunculus montanus, folio plantaginis. *Bauh. pin.* 180.
Morif. hist. 2. *p.* 444. *f.* 4. *t.* 30. *f.* 30.
 Ranunculus dulcis, foliis latis rapistræ perfoliatis, flori-
 bus albis. *Menz. pug.* *t.* 8. *f.* 6.

β. *Ranunculus montanus*, folio gramineo. *Baub. pin.* 181.
Morif. hist. 2. p. 441. f. 4. t. 30. f. 32.
Habitat in Pyrenæis, Apenninis. &

bullatus,

8. *RANUNCULUS* foliis ovatis serratis, scapo nudo unifloro. *Hort. cliff.* 229.

Ranunculus latifolius bullatus, asphodeli radice. *Baub. pin.* 181.

Ranunculus lusitanicus. *Dod. pempt.* 429.

Ranunculus grumosa radice 1. *Clus. hist.* 1. p. 238.

β. *Ranunculus latifolius bulbatus autumnalis*, flore pleno & prolifero. *Morif. hist.* 2. p. 447. f. 4. t. 31. f. 49. 50. 51.

Habitat in Lusitania, Creta. &

Ficaria.

9. *RANUNCULUS* foliis cordatis angulatis petiolatis. *Fl. jucc.* 460. *Hort. cliff.* 228. *Mat. med.* 274. *Key lugdb.* 490. *Dalib. parif.* 167.

Chelidonia rotundifolia minor. *Baub. pin.* 167.

Chelidonium minus. *Fuchs. hist.* 866.

Chelidonia rotundifolia major. *Baub. pin.* 167. *prodr.* 137.

Habitat in Europæ ruderatis, umbrosis, spongiosis. &

Thora

10. *RANUNCULUS* foliis reniformibus subtrilobis crenatis, caulino sessili, floralibus lanceolatis, caule sub-bifloro.

Aconitum pardalianches 1. f. *Thora major.* *Baub. pin.* 184.

Thora major. *Cam. epit.* 825.

Ptora valdensium. *Lob. ic.* 604. *Clus. hist.* 1. p. 239.

β. *Aconitum pardalianches alterum*, f. *Thora minor.* *Baub. pin.* 184.

Thora minor. *Cam. epit.* 826.

Limeum pardalianches genus, uno tantum folio. *Dalech. hist.* 1738.

Ranunculus foliis radicalibus cordato subrotundis, caulinis sessilibus lanceolatis integerrimis. *Hall. herb.* 327. *

Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis. &

* *Foliis dissectis & diversis.*

erechens.

11. *RANUNCULUS* foliis radicalibus reniformibus crenatis sublobatis, caulinis tripartitis lanceolatis integerrimis, caule multifloro.

Ranunculus foliis radicalibus cordato-subrotundis, caulinis

linis tripartitis sessilibus lanceolatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 490.

Ranunculus, asphodeli radice, creticus. *Bauh. pin.* 181.

Ranunculus creticus latifolius. *Clus. hist.* 1. p. 239.

Habitat in Creta. 2

12. *RANUNCULUS* foliis radicalibus subrotundo-cordatis crenatis; caulinis digitatis dentatis, caule multifloro. *castubicus.*

Ranunculus rotundifolius vernus sylvaticus major vel castubicus, folio thoræ calthæ. *Breyn. prodr.* 1. p. 45

Habitat in Castubia, Sibiria. 2

13. *RANUNCULUS* foliis radicalibus reniformibus crenatis incis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *curvicornis.* *Hort. cliff.* 229. *Fl. suec.* 462. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 327. *Dalib. paris.* 167.

Ranunculus nemorosus s. sylvaticus, folio subrotundo. *Bauh. pin.* 178.

Ranunculus 1. sylvestris. *Dalech. hist.* 1028.

Habitat in Europæ pascuis humidiusculis. 2

14. *RANUNCULUS* foliis radicalibus cordatis crenatis; caulinis ternatis angulatis, caule subtrifloro. *abortivus.*

Ranunculus foliis radicalibus crenatis, caulinis digitatis petiolatis. *Roy. lugdb.* 490.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus crenatis petiolatis; caulinis paucis digitatis sessilibus. *Gron. virg.* 166.

Ranunculus virgimanus, flore parvo, molliori folio.

Herm. lugdb. 514.

Habitat in Virginia, Canada.

15. *RANUNCULUS* foliis inferioribus palmatis; summis digitatis, fructibus oblongis. *sceleratus.* *Hort. cliff.* 230. *Fl. suec.* 463. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 323. *Gron. virg.* 63. *Dalib. paris.* 167.

Ranunculus palustris, apii folio, lævis. *Bauh. pin.* 180.

Ranunculus sylvestris 1. *Dod. pempt.* 425.

Habitat ad Europæ fossias & paludes. ☉

16. *RANUNCULUS* foliis omnibus quinatis lanceolatis inciso-ferratis. *aconitifolius.* *Hort. cliff.* 229. *Hort. ups.* 156. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 325.

Ranunculus montanus, aconiti folio, albus: flore majore. *Bauh. pin.* 182.

- β. Ranunculus montanus, aconiti folio, albus flore minore. *Bauh. pin.* 182
 Ranunculus montanus 4. *Clus. hist.* 1. p. 236.
- γ. Ranunculus folio aconiti, flore albo multiplici. *Bauh. pin.* 179.
 Ranunculus plene flore albo. *Clus. hist.* 1. p. 236.
Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis. &
- illyricus.* 17. RANUNCULUS foliis ternatis integerrimis lanceolatis. *It. vel. 71. Fl. suec.* 471.
 Ranunculus foliis tripartitis: laciniis linearibus, caule multifloro, radice tuberosa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491. *Sauv. monsp.* 181.
 Ranunculus lanuginosus angustifolius, grumosa radice, major ♂ minor. *Bauh. pin.* 181.
 Ranunculus grumosa radice 4. *Clus. hist.* 1. p. 240.
Habitat in Oelandia, Hungaria, Narbona, Italia. &
- asiaticus.* 18. RANUNCULUS foliis ternatis biternatisque, foliolis trifidis incisif, caule inferne ramoso.
 Ranunculus foliis tripartitis laciniatis, caule inferne ramoso, radice tuberosa. *Hort. cliff.* 230. *Hort. upf.* 156. *Roy. lugdb.* 490.
 Ranunculus, grumosa radice, ramosus. *Bauh. pin.* 181.
 Ranunculus asiaticus polyclonos s. grumosa radice. 2. *Clus. hist.* 1. p. 241.
- β. Ranunculus grumosa radice, flore flavo vario. *Bauh. pin.* 181.
- γ. Ranunculus grumosa radice, flore albo. *Bauh. pin.* 181.
- δ. Ranunculus grumosa radice, flore albo leniter crenato. *Bauh. pin.* 181.
- ε. Ranunculus grumosa radice, flore niveo. *Bauh. pin.* 181.
- ζ. Ranunculus grumosa radice, flore phœniceo minimo simplici. *Bauh. pin.* 181.
- η. Ranunculus asphodeli radice, flore sanguineo. *Bauh. pin.* 181.
- θ. Ranunculus asphodeli radice, flore subphœniceo rubente. *Bauh. pin.* 181.
- ι. Ranunculus, asphodeli radice, prolifer miniatus. *Bauh. pin.* 181.
Habitat in Asia vel Mauritania. 2.
- rupefolius.* 19. RANUNCULUS foliis supradecompositis, caule simplicissimo unifolio, radice tuberosa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491.

- Ranunculus rutaceo folio flore suave rubente. *Bauh. pin.* 181. *Morif. hist.* 2. p. 448. f. 4. t. 31. f. 34.
 Ranunculus præcox, rutæ folio. *Clus. hist.* 1. p. 232.
Habitat in Alpibus Austriæ, Delphinatus. 2
20. RANUNCULUS calycibus hirsutis, caule bifloro, *glacialis*,
 foliis multifidis. *Fl. succ.* 464.
 Ranunculus caule bifloro, calyce hirsuto. *Fl. lapp.*
 233. t. 3. f. 1.
 Ranunculus montanus purpureus, calyce villosò. *Bauh. hist.* 3. p. 868. *Sebench. alp.* 332. t. 22. f. 1.
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Heiveria. 2
21. RANUNCULUS calyce hirsuto, caule unifloro, *nivalis*,
 foliis radicalibus palmatis; caulinis multipartitis sessilibus. *Fl. lapp.* 232. t. 3. f. 2. *Fl. succ.* 465. *Hall. helv.* 326.
 Ranunculus minimus alpinus luteus. *Bauh. hist.* 3. p. 861. f. interior.
 β. Ranunculus idem pygmæus. *Fl. lapp.* 232. t. 3. f. 3.
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ. 2
22. RANUNCULUS foliis radicalibus subcordatis *ob-alpibus*,
 trifidis tripartitis; lobis trilobatis; caulino lanceolato integerrimo, caule unifloro.
 Ranunculus caule aphylo unifloro, foliis subrotundis semitridis. *Hall. helv.* 326. *Sauv. monsp.* 205.
 Ranunculus alpinus humilis rotundifolius, flore majore & minore. *Bauh. pin.* 181.
 Ranunculus alpinus humilis albus, folio subrotundo, *Segu. ver.* 1. p. 489. t. 12. f. 1.
 Ranunculi montani 1. species 1. & 2. *Clus. hist.* 1. p. 254.
Habitat in Alpibus Austriacis, Helveticis. 2
23. RANUNCULUS foliis tripartitis lobatis obtusis, *Lapponicis*,
 caule subnudo unifloro. *Fl. succ.* 461. *
 Ranunculus caule unifloro unifloro, foliis tripartitis. *Fl. lapp.* 231. t. 3. f. 4. *
Habitat in Alpibus Lapponicis.
24. RANUNCULUS foliis tripartitis crenatis, caule *monspeliensis*,
 simplici villosò subnudo unifloro. *Sauv. monsp.* 181. †
 Ranunculus saxatilis, magno flore. *Bauh. pin.* 182. *prodr.* 96.
Habitat Monspeli.

- bulbosus.* 25. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis *Fl. suec.* 469. *Delib. paris.* 165.
 Ranunculus radice simplici globosa. *Hort. cliff.* 230
Roy. lugdb. 491. *Hall. helv.* 322.
 Ranunculus bulbosus. *Lob. ic.* 666. *Fl. lapp.* 229.
 Ranunculus pratensis, radice verticilli modo rotunda.
Bauh. pin. 179.
Habitat in Europæ pratis, pascuis. &
- repens.* 26. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis sulcatis, stolibus repentibus, foliis compositis. *Fl. suec.* 468
 Ranunculus foliis ternatis, foliolis petiolatis trifidis: medio productiore, caule multifloro. *Hort. cliff.* 230
Groz. virg. 166. *Roy. lugdb.* 491.
 Ranunculus pratensis repens hirsutus *Bauh. pin.* 179.
Fl. lapp. 230.
 Ranunculus hortensis 1. *Dod. pempt.* 425.
Habitat in Europæ cultis. &
- polyanth.*
mos. 27. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. *Fl. suec.* 467.
 Ranunculus polyanthemus simplex. *Lob. ic.* 666.
 Ranunculus sylvestris. *Tabern. ic.* 42. *hist.* 117.
Habitat in Europæ borealis graminosis. &
- acris.* 28. RANUNCULUS calycibus parulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: summis linearibus. *Fl. suec.* 466. *Delib. paris.* 164.
 Ranunculus foliis peltatis quiquangularibus multipartitis: laciniis linearibus, caule multifloro. *Hort. cliff.* 221. *Roy. lugdb.* 492.
 Ranunculus pratensis erectus acris. *Bauh. pin.* 178. *Fl. lapp.* 228.
 Ranunculus hortensis. *Dod. pempt.* 426.
 β. Ranunculus hortensis erectus, flore plena. *Bauh. pin.* 177.
Habitat in Europæ pratis, pascuis. &
- anuginosus.* 29. RANUNCULUS foliis tripartitis acute sinuatis tomentosis.
 Ranunculus foliis radicalibus pinnatis. *Sauv. iconsp.* 227.
 Ranunculus montanus lanuginosus, foliis ranunculi pratensis repentis. *Bauh. pin.* 182. *prodr.* 96.

- Ranunculus magnus valde hirsutus, flore luteo *Bauh. hist.* 3. p. 417.
Habitat Montpelii. 4
 Caulis altus, erectus. Folia Aconiti s. Ran. acris, sed magis incisæ. Semina acuta, compressa.
30. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis *cherophyllos* sulcatis, caule erecto, foliis compositis, radice granulosa. *Gaert. stamp.* 275 *Dalib. parif.* 166.
 Ranunculus cherophyllos, alphodeli radice *Bauh. pin.* 181. *Barr. ic.* 581.
 Ranunculus montanus leptophyllos, alphodeli radice. *Col. ecphr.* 1. p. 312, t. 311.
Habitat in Gallia, Italia.
31. RANUNCULUS seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. *Hort. cliff.* 229.
Fl. suec. 470. *It. æl.* 104. *. *Roy. lugdb.* 491. *Dalib. parif.* 166.
 Ranunculus arvensis echinatus. *Bauh. pin.* 179.
 Ranunculus sylvestris 3. *Dod. pempt.* 427.
Habitat in Europæ australioris agris. ☉
32. RANUNCULUS seminibus aculeatis, foliis simplicibus palmatis incisis. *Hort. cliff.* 229. *Hort. ups.* 157. *Roy. lugdb.* 491. *Sauv. monsp.* 204.
 Ranunculus palustris echinatus. *Lamb. pin.* 180. *prodr.* 95.
- β. Ranunculus rotundifolius repens echinatus. *Bauh. pin.* 180. *prodr.* 95.
- γ. Ranunculus stellatus echinatus creticus. *Bauh. pin.* 180.
- δ. Ranunculus hirsutus annuus, flore minimo. *Raj. angl.* 3. p. 248. t. 12. f. 1. *Pluk. alm.* 311. t. 55. f. 1.
 Ranunculus arvensis annuus hirsutus, flore omnium minimo *Morif. hist.* 2. p. 440. f. 4. t. 28. f. 21.
Habitat in Europæ australis fossis & humentibus. ☉
33. RANUNCULUS seminibus spinoso-subulatis recurvis, calycibus reflexis, foliis multidis. *orientalis*
Habitat in Oriente.
- 34 RANUNCULUS caule erecto bifolio, foliis multitudinis; caulinis alternis sessilibus. *grandiflorus* *Roy. lugdb.* 492.
 Ranunculus orientalis, aconiti folio, flore maximo. *Tournef. cor.* 22.
Habitat in Oriente. 4

- falcatus.* 35. RANUNCULUS foliis filiformi-ramosis, calycibus appendiculatis. *Hort. ups.* 157. *Sauv. monsp.* 205. Myosuros foliis ramosis. *Hort. cliff.* 117. *Roy. lugdb.* 492. Melampyrum luteum minimum. *Baub. pin.* 234. Ranunculus ceratocephalus, seminibus falcatis in spicam adactis. *Morif. hist.* 2. p. 440. f. 4. t. 28. f. 22. *Habitat inter segetes Europæ australis.* ☉
- hederaceus.* 36. RANUNCULUS foliis subrotundis trilobis integerrimis, caule repente. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492. *Dalib. paris.* 167. *Gort. gelv.* 325. Ranunculus aquaticus hederaceus luteus. *Baub. pin.* 180. *Morif. hist.* 2. p. 441. f. 4. t. 29. f. 29. *Habitat in aquis vadosis Angliæ, Belgii.*
- aquatilis.* 37. RANUNCULUS foliis submersis capillaceis, emersis peltatis.
Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, superioribus peltatis. *Fl. lapp.* 234. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328. Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo. *Baub. pin.* 180.
Ranunculus aquaticus. *Dod. pempt.* 387.
- β. Ranunculus foliis submersis capillaceis. *Fl. succ.* 472. *Dalib. paris.* 168.
Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumscriptioe rotundis. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328.
Ranunculus aquaticus albus, circinnatis tenuissime divisis foliis. *Pulk. atm.* 311. t. 52. f. 2.
Millefolium aquaticum cornutum majus. *Baub. pin.* 141.
- γ. Ranunculus foliis capillaceis circumscriptioe vaga brevioribus. *Hall. helv.* 328.
Ranunculus aquaticus capillaceus. *Baub. pin.* 180.
Ranunculus trichophyllos aquaticus medio luteus. *Col. ecphr.* 1. p. 315. t. 316.
- δ. Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumscriptioe oblongis. *Roy. lugdb.* 492.
Ranunculus albus fluitans, peucedani foliis. *Herm. lugdb.* 517.
Habitat in Europæ aquis undosis, fossis, rivulis.

TROLLIUS.

- europæus.* 1. TROLLIUS corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum.
Helleborus flore clauso erecto petiolato, caule simplicissimo. *Fl. succ.* 474.

Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoso

Hort. cliff. 227. *Koy. lugdb.* 484.

Helleborus caule simplici, flore pedunculato. *Fl. lapp.* 226.

Ranunculus flore globoso. *Dod. pempt.* 430.

Habitat in Alpibus & subalpinis Sueciæ, Germaniæ, Angliæ. &

2. TROLLIUS corollis patentibus, nectariis longitudine *asaricus*.
petalorum.

Trollius humilis, flore patulo. *Buxb. cent.* 1. p. 15. t. 22.

Helleborus niger orientalis, ranunculi folio, flore nequaquam globoso. *Tournef. cor.* 20.

Helleborus aconiti folio, flore globoso croceo. *Amm. ruth.* 101.

Habitat in Sibiria, Cappadocia, &

ISOPYRUM.

1. ISOPYRUM stipulis subulatis, petalis acutis. *Hort. umariensis*
upf. 157.

Helleborus fumariæ foliis. *Amm. ruth.* 74. t. 12.

Habitat in nemoribus Sibiria. ☉

2. ISOPYRUM stipulis ovatis, petalis obtusis. *thalictroides*

Thalictrum batrachioides, flore albo, italicum. *Bocc. mus.* 84. t. 79. f. 1. *

Ranunculus nemorosus, thalictri folio. *Bauh. pin.* 178.

Raj. hist. 584. *Morif. hist.* 2. p. 437. f. 4. t. 28. f. 12.

Ranunculus præcox 11, thalictri folio. *Clus. hist.* 1. p. 233.

Habitat in Alpibus Italicis, Gracionopoli, inque agro Viennensi.

3. ISOPYRUM stipulis obsoletis.

Aquilegia montana, flore parvo, thalictri folio. *Bauh. aquilegioides*
pin. 144. *proar.* 75. *Bauh. hist.* 3. p. 484. *Raj. hist.*

707. *Morif. hist.* 3. p. 458. f. 12. t. 11. f. 5. *Hall.*

helv. 310.

Habitat in Alpibus Helveticis, Tridentinis, Apenninis.

HELLEBORUS.

1. HELLEBORUS flore folio insidente. *Hort. cliff.* 227. *hyemalis.*

Hort. upf. 158. *Koy. lugdb.* 484.

Helleborus ranunculoïdes præcox tuberosus, flore luteo.

Morif. hist. 3. p. 459. f. 12. t. 2. f. 4.

Aconitum unifolium bulbosum. *Bauh. pin.* 183.

Habitat in Lombardia, Italia, Apenninis. &

2. HELLEBORUS scapo sub-unifloro subnudo, foliis pedatis. *Hort. ups.* 117. *Roy. lugdb.* 484. *Mat. med.* 273.
 Helleborus scapo florifero subnudo, petiolo communi bipartito. *Hort. cliff.* 227.
 Helleborus niger, flore roseo. *Bauh. pin.* 186.
 Helleborus niger legitimus. *Clus. hist.* 1. p. 275.
Habitat in Austria, Hetruria, Apenninis. &
- viridis.* 3. HELLEBORUS caule multifloro folioso, foliis digitatis.
 Helleborus caule æquali folioso, foliis radicalibus caulem tandem superantibus. *Hort. cliff.* 227. *Hort. ups.* 158. *Roy. lugdb.* 484.
 Helleborus niger hortensis, flore viridi. *Bauh. pin.* 185.
 Helleborum nigrum alterum. *Cam. epit.* 941.
Habitat in montibus Viennensibus, Luganensibus. &
- luteus.* 4. HELLEBORUS caule multifloro folioso, foliis pedatis.
 Helleborus caule inferne angustato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus. *Hort. cliff.* 227. *Roy. lugdb.* 484. *Dalib. parif.* 169. *Sauv. monf.* 180.
 Helleborus niger roetidus. *Bauh. pin.* 185.
 Helleboraster maximus. *Lob. ic.* 679
 Helleborus femina. *Sterb. furg.* 372. t. 36. f. C.
 Helleborus niger tritoliatus. *Marif. hist.* 3. p. 460. f. 12. t. 4. f. 7.
Habitat in Germania, Helvetia Gallia.
- erifolius.* 5. HELLEBORUS foliis ternatis, scapo unifloro. *Anoen. acad.* 2. p. 356 t. 4 f. 18.
Habitat in Canada, Sibiria. &

CALTHA.

- palustris.* 1. CALTHA. *Fl. lapp.* 227. *Fl. suec.* 473. *Hort. cliff.* 223. *Roy. lugdb.* 484. *Gron. virg.* 166. *Dalib. parif.* 169.
 Caltha palustris, flore simplici. *Bauh. pin.* 276.
 Populago major. *Tabern. ic.* 750.
 2. Populago minor *Tabern. ic.* 750.
 Caltha palustris, flore pleno. *Bauh. pin.* 276.
Habitat in humidiusculis Europæ. &



ADDENDA.

Pag. 158. post *Guidiam*.

STELLERA.

1. STELLERA foliis linearibus, floribus quadrifidis. *Passerina*.
Amœn. acad. 1. p. 400 Sauv. monsp. 60.
Passerina. Bauh. hist. 2. p. 456.
Lithospermum, liniaræ folio, germanicum. Bauh. pin. 259
Linaria altera botryoides montana. Col. œcphr. 1. p. 52. t. 35.
Habitat in Europæ arvis, campis, apricis, aridis. h
2. STELLERA foliis lanceolatis, corollis quinquefidis. *Chamaejasme*
Amœn. acad. 1. p. 400. fuz'
Chamaejasme radice mandragoræ Amœn. rarb. 16. t. 2.
Habitat in Sibiria. D. Gmelin. 2.

PASSERINA.

1. PASSERINA foliis linearibus convexis quadrifariam *filiformis*,
 imbricatis, ramis tomentosis.
Passerina foliis linearibus. Hort. cliff. 246. t. 11. Roy.
lugdb. 208,
Thymelææ æthiopica fruticosa, foliis in longum striatis,
turculis vaide tomentosis. Pluk. mant. 180.
Thymelææ æthiopica, passerinæ foliis. Breyn. cent. 10. t. 6.
Thymelææ foliis oppositis cruciatis angustis, floribus tu-
bulosis in spicæ modum e foliorum alis erectis. Burm.
afr. 127. t. 47. f. 1.
Habitat in Æthiopia. h
2. PASSERINA foliis carnosiss extus glabris, caulibus to-
 mentosis.
Thymelææ tomentosa, foliis sedi minoris. Bauh. pin. 463.
Sanamunda 3. Cluj. hist. 1. p. 89.
Sesamoides parvum calechampii. Bauh. hist. 1. p. 595.
Habitat in Hispania. h
3. PASSERINA foliis lanceolatis tabellatis erectis, ramis *ciliata*.
 nudis.
Passerina foliis lanceolatis. Hort. cliff. 246. Roy lugdb. 208,
Thymelææ foliis chamaelææ minoribus hirsutis. Bauh. pin.
463
Thymelææ foliis oblongo-acutis ad oras limbriatis
Burm. afr. 129. t. 47. f. 2.
Sanamunda 1 Cluj. hist. 1. p. 88.

Erica africana, rusci folio. *Seb. thes.* 2. p. 15. t. 12. f. 9
Habitat in Æthiopia, Hispania. b

- conjura.* 4. **PASSERINA** foliis linearibus oppositis, floribus terminalibus solitariis, ramis glabris.
 Thymelæa foliis triquetris cruciatim oppositis, flore sericeo. *Burm. afr.* 132. t. 48. f. 2.
 Thymelæa ramosa, linearibus foliis angustis, flore solitario. *Burm. afr.* 131. t. 48. f. 1.
Habitat in Æthiopia. b

LACHNÆA.

- criscephala.* 1. **LACHNÆA** capitulis solitariis lanatis, foliis quadrifariam imbricatis.
Habitat in Æthiopia. b
 Folia trigona, gibba. Capitula terminalia, solitaria, tomentosa, cincta lana candida.
- conglomerata.*
 ia, **LACHNÆA** capitulis confertis, foliis laxis.
 Thymelæa africana, polii angustioribus foliis, floribus in capitulis summo caule glomeratis. *Pluk. mant.* 179.
Raj. dendr. 54.
 Sanamunda 3. clusii affinis, polii folio. *Breyn. cent.* 18. t. 7.
Habitat ad Cap. b. Spei. b

Pag. 35. inter Melothriam & Læflingiam.

ORTEGA.

- hispanica.* 1. **ORTEGA.** *Læfl. epist.* VIII: 43.
 Rubia linifolia aspera. *Bauh. pin.* 333.
 Tencaria salmatica. *Clus. hist.* 1. p. 174.
Habitat in Castilia Minuort. Batica *Velex*, Salmantica. ○

Pag. 79.

- membranacea.* 4. **STIPA** pedicellis dilatatis membranaceis.
Habitat in Hispania. *Læfling.*
 Gr. vix pedale, habitu *Avene.* Panicula simplex, vix subdivisa, laxa, debilis. Pedicelli membranacei, anticipates, obtusiusculi. Calycis arista longitudinæ ariste corollinæ.

Pag. 84.

- Hystrix* 6. **ELYMUS** spiculis involucre destitutus.
 Gramen avenaceum, locustis aristatis, paniculis echinum retentibus. *Gronov.*
Habitat in - - - -
 Spica composita ex spiculis duabus ad funiculum dentem. Spiculæ quadrifloræ; aristis longis. Involucra nullas sed hunc loco Galli duo.



